sereris. Ego quomodo consolari pos-
sem videndo me vita perfrui si po-
pulus tuus esset in morte: Et vide-
do tenebras peccatorum in perama-
bili sponsa tua ex meis defectibus et
altarum creaturarum tuarum vo-
lo igitur et pro singulari gratia pe-
to que illa caritas inextimabilis que
te ad creandum hominem ad yma-
ginem et similitudinem excitavit vi-
cendo faciamus hominem ad yma-
ginem et similitudinem nostram. Et
hoc egisti trinitas eterna volens ho-
minem totius trinitatis esse parti-
cipem. unde tribuisti ei memoriam
ut in ea tua beneficia retineret: et in
ipsa tui patris eterni potentiam par-
ticiparet. Intellectus quoque tribui

isti sibi ut videndo cognosceret boni-
tatem tuam et per te creeps esset unige-
niti tui sapientie. Insuper et volun-
tatem ei dedisti ut amare posset il-
lud quod intellectus vidit et agnovit in
tua veritate participando de clemen-
tia spiritus sancti. Quid sine quis ob-
secro fuit in causa ut hominem in ta-
ta dignitate locares? Certe solus
amor inextimabilis quod creaturam
tuam in temetipso respexisti de qua
fuisi philocaptus. Et ideo solum il-
la in ex affectuosa dilectione creasti
sibi tribuens esse ut eterno bono tuo
gaudendo frueretur. Sed aperte co-
gnosco quia propter peccati culpam
iuste dignitatem amisit in qua loca-
veras eam et ex rebellionem tibi facta
guerram et odium contra se cum tua
clementia provocavit unde facti su-
mus inimici tui. Tu autem eodem
excitatus amore volendo tibi gen-
tium humanum gratiose reconciliare vo-
nasti nobis verbum unigeniti filii
tui qui vere fuit inter nos et te seque-
ster atque mediator et iusticia nostra
qui punivit et in se portavit omnes
iniustitias et iniquitates nostras ex
obedientia quam tu pater eternus
invenisti sibi cum humanitatem no-
stram ipsum assumeret decessisti. O
inextimabilis caritatis abyssus quod
est illud cor ita durum quod in sua pos-
sit integritate conservari et minime
scindatur attendendo tantum subli-
mitatem ad tantam profunditatem
atque deiectionem descendisse quan-
ta et qualis est humanitas nostra.
Nos ymago tua sumus et tu yma-
go nostra propter unionem quam

Primum.

homine fecisti vellando deitatem
eternam cum miserabili nube ac in
fecta massa carnis ade. vnde procef
sit hoc. Solum inefficabilis amor tu
us est in causa. deus quippe factus
est homo et homo factus est deus.
Per hunc igitur amorem inerti
mabilem humiliter erord maiesta
tem tuam omnibus viribus anime
mee vt miserabilibus creaturis tu
is gratiose misericordiam impendās.

Quomodo deus conqueritur de
populo suo christiano et precipue de
suis ministris: aliquid de venerabi
li sacramento corporis iesu christi
tangendo. Et de beneficio incarna
tionis.

Capitulum xij.

Pissimus ergo deus vertens ad
causa oculis sue misericordie
compelli se permittens ab humili
bus lacrimis eius et humano mo
do loquendi: sancti desiderij sui su
nibus alligari respondendo coque
rebat et ait dulcissima filia mea la
chryme tue me compellunt ex eo q
excellētissime caritati mee sunt vni
te et amore mei sunt effule: necnon et
anxia desideria tua me ligant. Sed
aspice per amabilem sponsam me
am in facie coinquinatam et immū
dam veluti leprosam ex amore pro
prio: atq; tumefactam ex auaritia
pariter et superbia illorum quos vbe
ra sua lactant qui sunt vniuersale
corpus christiane religionis. Ac eti
am corpus ecclesie mee mysticum: p

cipue loquor de ministris ipsius ec
clesie qui suggerentes eius vbera suo
dulcissimo lacte nutriuntur. Nec ip
si solummodo pascuntur et aluntur
ab ea: verum ad huiusmodi mam
illas eius: tenere debent et ex his ale
re corpus vniuersale christiane re
ligionis ac etiam infideles qui tene
bris infidelitatis in veritate dere
lictis vellent vbi vtile membrum
ligare se corpori mystico ecclesie sau
cte. Considera cum quanta ingra
titudine tenebrosa et ignorantia dam
nabili manibus immundis lac hu
iusmodi dulcissimum ipsius electe
sponse mee pariter et vniuenti mei
sanguis ministratur ab eis: et cum
quanta presumptione et irreueren
tia recipitur ab alijs. vnde illud qd
in se veraciter est vita et vitam di
gne sumentibus exhibet: ipsis q mini
strant indigne et indigne: sumentibus
in iudicium est atq; mortem.
Preciosus iste sanguis filij mei vni
uenti: mortem atq; tenebrosam me
darium abstulit et confudit donan
do lucem et veritatem. Omnia cir
ca salutem et perfectionem hominis
necessaria prius iste sanguis ope
ratus est dum amen indispositio
recipientis non impedit. Quia si
cut vitam exhibet et animam om
ni gratia docet et ornat modicum
vel habundanter iuxta dispositio
nem et affectum illius qui recipit ita
mortem infert illi qui vsuit iniq;
No ex defectu sanguinis nec ex de
fectu ministri si forsitan esset in eo
dem peccato siue maiori scilicet ex de
fectu proprio. Quia nullus minister
c. iij

Tractatus.

defectus contaminare potest nec in
quinare siue minuire gratiaz et vir
tutem ipsius pretiosi sanguinis. Sed
nullo modo nocet illi cui tribuitur
sed sibi met ministranti valde nocet
vbi detrimento culpe postquam ama
rissima pena sequitur nisi culpa et ip
sam vera contritiōe cordis atq; di
splicētia sui peccati delere studeat.
Hoc ergo venerabile sacramentū
valde nocet illi sicut dixi qui reci
pit indigne non ex defectu sangui
nis vel ministri sed ex defectu sue
male dispositionis qz cum magna
miseria mentis et corporis et imun
ditia atq; crudelitate contra se pa
ritur et proximum ita processit. Si
bi crudelis extitit cum abstulit a se
gratiam sub pedibus affectus huius
pretiosi sanguinis conculcando fru
ctum quem a sacro baptismo traxe
rat qz tūc ablata fuerat virtute san
guinis huius originalis peccati ma
cula quam incurrit cum a suis pa
rentibus est conceptus. Et ideo ver
bum unigeniti filij mei donavi vo
bis qz tota massa generationis hu
mane corrupta fuit in transgressiōe
primi parentis vestri ad e. Et ideo
vos omnes veluti vasa formata de
tali corrupta massa corrupti fuistis
et ad vitam eternam inhabiles et in
epti. vnde propter hoc altitudinez
supremam iungi et uniri volui cū
vestre vilitatis humanitate: vt re
medium adhiberem humane gene
rationis mortifere corruptiōni et ita
recuperaret gratiam quam ex cul
pa sui peccati perdidit. Cum er
go in me penā cadere non possit et

de culpa diuina mea iusticia penā
omnino requireret: neq; purus homo
per se satisfacere quoquo modo suf
ficiens vel idoneus erat eo qd illa
culpa perpetrata fuerat in me qui
sum infinita bonitas: et homo debi
lis pauper, et imbecillis: ex soluere p
se nequibat vt iam dixi paterna ca
ritate coactus: verbis mihi coeter
num vestitum eiusdem vestre natu
re vestimento mihi vobis vt in ipsa
massa corrupta. primi parentis ve
stri qui peccauerat exsolueret illa
pena quam exigebat iusticia diui
na. Et ita tollerando supra dorsum
eius penas acutissimas vsq; ad mor
tem crucis obprobriosam satisfactū
extitit iusticie diuine pariter et asse
ctuose caritati paterne que cum in
estimabili misericordia satisfacere
voluit pro culpa commissa hominem
gratiose disponendo ad felicitatem
illam eternam ad quam ego creau
eram cum. Itaq; humana vestra na
tura diuine nature coniuncta et vni
ta sufficientissime satisfecit pro to
to mundo et vniuersa humana ge
neratione. Non tamen ex pena tol
lerata solus in vestra natura finita
et incorrupta massa supradicta sed
virtute deitatis eterne que fuit et ē
infinite potentie. Hac ergo unione
contracta vtriusq; nature sacrificij
us sanguinis unigeniti filij mei gra
tanter acceptati coniuncti et vnitū
eterne deitati et igne diuine carita
tis crusti que vere fuit vinculum
illud quod in cruce detinuit eum in
cruce suspensum et affixum. Et er hūc
ergo modum et non aliter humana

Primum.

natura vestra satisfacere potuit hu-
iusmodi culpe v3 virtute diuine na-
ture. Et ita sanies abluta 2 ablata
fuit illius transgressionis atq3 cul-
pe prima vestri parentis ade rema-
nente solummodo signo siue somi-
te v3 inclinatione naturali ad pec-
candum cum alijs defectibus qui
sustinentur in corpore veluti cicat-
rix que remanet ex vulneribus ho-
mini liberato. Ita culpa transgres-
sionis ade que letalem sordem atq3
miseriam 2 inclinationem humano
generi produxit in vobis est opera-
ta sed magno superneniente medi-
co v3 vnigēto filio med perfecte cu-
ratus est egrotus amaram absorbe-
do medicinam quam homo per se
bibere non poterat q3 nimis erat i-
becillis effectus atq3 debilitatus 2
infirmus directe fecit vti solet age-
re nutrit quādo paruulus infirma-
tur que pro ipso medicinam absor-
bet amarā pro eo q3 ē fortis 2 adul-
ta: puer vero nec sumere neq3 tolle-
rare posset amaritudines huiusmo-
di medicine. vnde tulit ipse tanq3
batula siue nutrit: operante fortitu-
dine atq3 magnitudie deitatis: na-
ture vestre medicinam amarissimā
crucis 2 pendse mortis vt vos velu-
ti puerulos imbecilles 2 ex culpa v-
bilitatos 2 infirmos sanaret 2 habe-
retis vitam 2 integram incolumita-
tem. Remāsit ergo solummodo signū
originalis peccati qd apertibus ve-
stris in conceptu pstraxistis. Quod
vtiq3 signum etiam ab anima tolli-
tur quāuis non ex toto v3 in sacro
baptismo qui virtutes habet: 2 gra-

tie vitam exhibet in efficacia glorio-
si atq3 p̄tiosi sanguinis huius. Quā
n. anima recipit ab ecclesia sancta
baptismum: aufertur ab ea pecca-
tus originale infunditurq3 sibi gra-
tia: 2 fomes peccati v3 inclinatio ad
peccandum ab originali peccato p-
cedens: atq3 remanens veluti cicat-
rix ex vulnere sicut iam viri debi-
litatur ita q3 si anima voluerit po-
test optime refrenare. Tunc huius-
modi vas anime dispositum est ad
recipiendam 2 augmentandā in
se gratiam habundanter 2 modicū
vt ei placet exercere siue disponere
semetipsam cum affectuoso deside-
rio seruiendi mihi pariter 2 aman-
di me. Simili quoque mō se dispo-
nere potest ad malum sicut ad bo-
num non obstante q3 in sancto ba-
ptismo gratie receperit infusionē
vnde tempore discretionis adueni-
ente ppter arbitriū libertatem qua
dotat est a me gratis quilibet po-
test operari bonum siue malum vt
a sua mera processerit voluntate. Et
est talis tātaq3 libertas ista qua do-
tat est homo 2 ita factus est fortis
virtute sanguinis huius preciosi q3
omnes alie creature quecunq3 non
valent eum etiam ad minimā cul-
pam alicuius peccati compellerē nī
si sponte consentire voluerit. Abla-
ta nanq3 fuit ab eo seruitus atq3 li-
bertati donatus in sacratissima pas-
sione dilectissimi filij mei vt prope
sensualitati dominaretur. 2 eternā
felicitatem obtineret ad quam cuz
ita gratis creauit. O miser atq3 mi-
serabilis hō qui dlectaris i peccato

Tractatus.

rum fetenti luto morari tanq̄ ani/
mal immundum ⁊ velud ingratus
agnoscere negligis vel non vis tan/
ta: beneficia que tibi gratiose con/
cessi. Ultra recipere non poteris o
miseria creatura mea circumdata vā/
nabili atq; tenebrosa ignorantia.

Quomodo culpa punitur acri/
us post yhesu christi passionem q̄
ante. Et quomodo deus permittit
mundo facere misericordiam ac eti/
am ecclesie sancte mediante oratio/
ne atq; tolleranti a laborum seruo
rum suorum. Cap. xv.

Uolo te nosce filia mea q̄ pro/
pter gratiam hominibus a
me factam non solummodo pro pri/
ma creatione sed quoniam eos i san/
guine filij mei recreavi ⁊ reforma/
ui restaurando eos ad gratiam ex
peccato iam deo deperditam non
volentes eam a me gratiose humi/
liter ⁊ recognoscere sed iugiter am/
bulando peruerse de malo in peius
⁊ de culpa in culpam me cum iniu/
rijs offendentes ita gratias meas
vilipendendo de quibus nō solum
erga me sunt ingrati verum aliquā/
do reputant a me recepisse cōtume/
litam quemadmodum si aliud eis
optarem q̄ sanctificationem ipso/
rum. Incomparabiliter punientur
acrius ⁊ maiori pena cruciabuntur
ex quo redempti sunt glorioso san/
guine filij mei q̄ ante redemptio/
nem. Quia proculdubio valde cō/
ueniens est vt ille qui plus accepit
amplius obligetur ei a quo recepit

homo quippe multum mihi obliga/
batur ex eo q̄ cum nō esset eū crea/
ui ita nobiliter v; ad ymaginem ⁊
similitudinem meam vnde mihi te
nebatur exhibere laudem ⁊ hono/
rem. Sed eam abstulit a me quan/
tum in eo fuit ⁊ sibi met impendere
voluit propter quod obedientiam i/
unctam a me damnabiliter est tras/
gressus ⁊ inimicus mihi factus est.
Ego vero cum humilitate destruxi
⁊ vici superbiam eius diuinam vī
humiliando naturam ⁊ illam vni/
ni humanitati vestre ⁊ a seruitute;
diabolica liberatas restitui eos in
potestate libera. Et non solūmō li/
ber; hoīem esse feci: s; si bñ p̄sideras
hō scūs ē de⁹ atq; deus scūs ē hō ex
vniōne diuine nature eū humana.
Hoc ē vtiq; donū vnum valde sin/
gularit̄ excedēs alia dona q̄ acce/
perūt hoīes: thesaur; dico sanguis i
quo sunt ad gr̄am recreati. Itaq;
vide q̄to magis obligant̄ post redē/
ptionem q̄ an. Obligant̄. n. afferre
mihi gloriā ⁊ honore sequēdo vesti/
gia icarnati vbi filij mei dilectissi/
mi. Et tūc i dilectiōe vera mei atq;
pr̄mi debitū valde gratum ⁊ acce/
ptabile p̄tribuūt vt iupius ē exp̄s/
suz. Si hō n̄ agūt ita q̄ multū obli/
gāt: maiori p̄uitiōe digni sunt. In/
dubitāter ergo diuina iusticia mea
p̄uet eos eterna vānatiōe. Quare
maiori pena cruciat̄ vnus xp̄ianus
iniquus q̄ vnus paganus ifidelis
⁊ ignis ifernalis amplius cum cru/
rit ⁊ vt ita dixerim absq; consum/
ptione consumit exigente diuina
iusticia. Nam exterius ignis affli/

Primum.

git et urit et interius vermis scire ta-
desere facit eos. Neque consumpti de-
ficiunt eo quod illi qui sunt in tali va-
natione propter aliqua tormenta mi-
nime perdunt esse ita quod omnino def-
ficient. Unde noueris quod ipsi mortem
inuenire possunt: et illam habere ne-
queunt quod deficere non possunt qua-
tum ad esse simpliciter licet ex cul-
pa sua perdididerunt esse quantum ad
gratiam. Itaque proculdubio culpa
punitur amplius atque grauius ex
quo redemptio vestra facta fuit per
effusionem huius preciosi sanguinis
filii mei quam ante quod plus valde rece-
perunt. Neque videtur quod velut isen-
sati perpendant tantam miseriam
sua quam nimis insipienter. nihil fa-
cti sunt inimici cum ego gratiose re-
conciliassem eos in sanguine dile-
ctissimi filii mei. Unum tamen assu-
mendum ego te docebo remedium
quo diuine iusticie placabitur ira.
Vnde mediantibus amicis meis in qua-
tum ipsi me compellant et inducant
cum deuotis et lachrymosis oratio-
nibus et eorum ignito desiderio li-
gare conentur diuine iusticie ma-
nus. Tu cernis aperte quod isto ligami-
ne me ligasti nunc quod utique liga-
me ipse tibi tribui quia vere cupio
mundo facere misericordiam. Et ideo
mentibus amicorum meorum in-
fundo famem ingentem et ignita de-
sideria circa meum honorem atque
salutem animarum ut inclinatus.
Immo compulsus ab eorum deuot-
as orationibus temperare studeam
iram iusticie mee diuine. Assumas
ergo lachrymas vna cum sudore tuo

similiter et alij sui mei faciant et huius-
modi cas a mari mee diuine carita-
tis et cum eis abluite faciem valde
maculatam amabilis sponse mee.
Quia tibi promitto quod isto reme-
dio cooperante sibi pulchritudo pri-
stina restituetur cum pace deside-
rabili: vnde orationibus continuis et
deuotis sudoribus atque lachrymis
amicorum meorum effusis ignito et
anxio desiderio. Et non in gladio si-
ne cum vera nec hostili crudelitate pro-
cedendo. Et ita desiderio vestro sa-
tisfaciam: vnde aduersa plurima tol-
lerando et cum lumine vere patien-
tic tenebras illuminabis iniquorum
hominum. vos vero nullo modo ti-
meatis eorum persecutiones iniu-
stas: ego namque pugnabo pro vobis
nec vnquam in aliquo deficiet indigen-
tis vestris mea diuina prouidentia.

Qualiter hec anime plus de di-
uina bonitate cognoscendo non erat
contenta solummodo pro christia-
no proprio rogare ac ecclesia san-
cta sed orabat etiam humiliter me pro
vniuerso mundo.

Capitulum xvi.

Tunc anima cum agnitione
maiori consurgens et ingenti
gaudio letabunda diuine maiesta-
ti assistabat valde confortata super
diuina spe quam assumpserat in di-
uina misericordia tum etiam pro-
pter amorem ineffabilem quem in-
telligendo gustabat attendens quod
ex affectuoso desiderio atque pura ca-
ritate motus deo deo de creauerat hominibus

Tractatus.

gratiosè facere misericordiam non obstante q̄ inimici sui facti fuissent Et ideo modum suis amicis impen- debat et vias ostendebat quomodo possunt ei facere sanctam violentiam et iracundias iusticie diuine placare. valde letabatur etiam omni timore perduto ex quibuscunq; mundi persecutionibus attendendo dñs esse secum et pro se pugnaturum. unde multum augmētabatur ignis desiderij sancti intantum q̄ animo quieto minime remanebat: imo cū sancta fiducia pro toto mundo misericordiam instanter et humiliter a domino postulabat. Et quāuis in se cūda petitione sua contineretur salubre bonum et utilitas christiano- rum et infidelium in reformatione sancte matris ecclesie nihilominus veluti famelica et sitibunda dilatabat orationem ad vniuersum orbē ut ipsemet de⁹ eā expetere faciebat unde vehementer exclamando dicebat. O deus eterne piissimos oculos tuos ad ouiculas tuas tāq; pastor vere bonus misericorditer aperit. Obsecro non differas ultra mūdō facere misericordiam q̄ iam videtur ex toto deficere priuat⁹ vñione tue caritatis et proximi sui. Non n. alterutrum inter se diligunt amore realiter fundato in te.

Quomodo deus conquerebatur de populo suo p̄cipue propter amorem proprium qui regnat in eis cōfortans ipsam animam ad orationem et lachrimas.

Capit. xvij.

Tunc erga salutem animarū velut ebrius piissimus dominus ampliozem amorem atq; dolorem in hac anima succendebat: aperte monstrando euz quanto dilectionis affectu creauerat hominem p̄ ut iam supra aliquantulum haberetur. Et iterum ait. vide filia q̄ iniustissimè quislibet me percutit offensionibus iniquis euz ego creauerim eos euz estimabili dilectione et eos gratiosè dotauerim infinitis donis nō ex aliquo debito sed ex gratia mea solūmodo paterna et liberali. Considera nunc innumera peccata et vitia quibus me iugiter offendunt et precipue cum abhominabili atq; detestabili amore proprio unde procedunt omnia mala. Cum hoc amore peruerso totum orbē venenauerūt. Quia sicut amor erga me cunctas virtutes in se continet illas per effectum operis effundendo in proximo ut ostendi tibi sic amor proprius in se continet omnia mala q̄ factus est in superbia sicut amor erga me fundat⁹ in humili caritate. hoc vero malum creatura mediante perpetratur q̄ separati sunt a vera proximi caritate: q̄ me non dilexerūt neq; proximum diligunt. due nāq; dilectiones iste cōnere sunt adinui- cem et vñite. Ideo dixi tibi q̄ omne bonum et omne malum proximo mediante patrabatur. Multifarie valde cōqueri possum de creaturis meis. Nam a me non habuerunt nisi bonum et ipse mihi retribuunt odium operando multa mala. Tū iam dixi tibi q̄ propter lachrimas ami-

Primum:

eorum meorum atque deuotas humiliter effusas orationes iracundia diuina placaretur et idem assertiue confirmo. Tu igitur et alij serui mei sitis obuiare solliciti cum orationibus assiduis atque desiderijs igniferis amarissime volentes de culpis et offensis contra me factis et de animarum damnatione ut illi possint euadere iudicium eterni supplicij.

Quomodo nullus manus dei euadere potest ubi sumus vel per misericordiam vel per iustitiam.

Capitulum xviij.

Noueris igitur indubitanter quod nemo potest euadere manus meas. Nam ego sum ille qui sum vos vero non estis a vobis ipsis nisi quantum a me recepistis esse vestrum qui sum creator omnium que sunt excepto peccato quod omnino nihil est et ideo nullo modo processit a me: quare non est amari dignum. Ex hoc igitur excecata creatura mea miserabiliter offendit quod diligit quod amare non debet: vobis peccatum et me summe bonum odit a quo recepit esse suum cum alijs infinitis gratijs in hoc esse fundatis a me sibi paterna caritate gratiose concessis. Si ipsi nequeunt vllatenus effuger manus meas quod vel a iusticia punietur vel a misericordia saluabunt. Igitur aperti oculum intellectus et vide manum meam et aperte cognosces huiusmodi rei veritatem. Tunc ex obedientia summi patris eleuans oculum in manu sua videbat vniuersum orbem in-

clusum. Et ait illi dominus. Optime nunc vides quod nemo potest a me quomodolibet auferri et sicut iam dixi vel in manu mea sunt per iusticiam vel per misericordiam. Ame namque creati sunt vniuersi et ea que feci non odi sed affectuose diligo. Et ideo non obstantibus ipsorum iniquitatibus ego dispono eis misericordiam impendere gratiosas humilibus amicorum meorum orationibus intercedentibus. Et ita petitionem tuam effectualiter adimplebo que cum tanta cordis amaritudine pariter et amore rogasti me.

Qualiter hanc anima desiderio igni succensa cupiebat a se sudorem sanguineum emanare et se redarguens orationem pro patre suo faciebat.

Capitulum xix.

Tunc anima per affectum amoris ebria: quasi non esset in se igni sancti sui desiderio crescente stabat veluti beata pariter et dolorosa. Beata quidem erat ex vniione perfecta quam in deo fecerat gustando sue bonitatis amplitudinem et quasi suffocabatur in ipsius ineffabili misericordia. Dolorosa vero considerando diuinam bonitatem ita damnabiliter offendi. Cui gratias vberes agebat aduertens ei manifestata fuisse peccata delinquentium hominum ut affectuosa caritate compulsa cum maiori sollicitudine sanctum desiderium augmentaret in defesse. Percepit igitur in eterna veritate sensum anime sue mirabilis

Tractatus.

modo renouari. Et ea tantum ex cre-
uit sanctus: amorosus ignis quod que
sudorem abundanter effusus a cor-
pore propter uolentiam ab anima
sibi factam que tota succedebatur
a more diuino ipsa contempnebat ex
vehementi desiderio quod habebat ut
illi loco sudor uini sanguinis ema-
neret. Perfectior enim erat unio
quam tunc anima fecerat in deo quod
sit unio corporis et anime. Ideo cor-
pus laboriose multum affligeba-
tur. Anima non semetipsam argue-
bat dicens. O anima mea misella
totam vitam tuam cum tempore ti-
bi gratiose concessio multum inuti-
liter expendisti; immo potius per-
didisti. Et ideo tot et tanta dampna
et innumerabilia mala non solum in
ecclesia sancta: uerum etiam per uni-
uersum orbem occurrerunt comu-
niter ac etiam in particulari. Un-
de uolo te cum sudore sanguineo in
presenti remedium adhibere. Uera
ceter hic anima bene mandauerat
memorie doctrinam optimam quam
ei ueritas eterna: tradiderat ut ut
semetipsam agnosceret atque diuinam
in se bonitatem nec non et oportuna
remedia pro reparatione totius orbis
ad placandam iracundiam iustitie
diuine ut cum humilibus continu-
is atque sanctis hominibus. Pro-
pter quod hic anima uehementi
compulsa desiderio ualentius in sur-
gebat et appertens intellectus ocu-
lum attente se oculabatur in carita-
te diuina: ubi Incide cognoscebat
atque degustabat quod tunc obligabamur
amore in uesselle procurando glori-

am et laudem diuini nominis in salu-
tem animarum. Et ad hoc uidebat
et intelligebat uocatos esse dei ser-
uos. Et precipue ueritas eterna uo-
cabat et elugebat anime sue patres
que offererat in conspectu diuine
maiestatis ipsam instantissime depre-
cans ut ei lumen gratie singularis
insundere dignaretur ad perficiendam
in omnibus in ueritate uoluntatem
ipsius eterni uestris.

Quomodo sine tribulationibus
cum patientia portatis nemo potest
deco placere. Cap. xx.

Dissimulatio ergo deus tercie sue
petitioni respondendo: ut de
desiderio salutis patiens anime sue ait
ei. Filia carissima patrem anime tue
uolo cum omni sancta sollicitudine
salutem animarum indefesse perqui-
rere in quo proculdubio mihi ual-
de complacebit: hoc antequam ipse sine
tu uel alius quicumque perficere non
uoleret absque persecutione et tribu-
lationibus quam plurimis: ut iam tibi
dixi prout mihi concedere placebit
et expedire cognouero. Sicut enim
optatis: honorem uidere meum in
ecclesia sancta sic in corde uestro con-
cipere debetis affectum amore mei
tollerandi cum uera patientia que
cum concessero. Et in hac experien-
tia uidebitur utrum honorem me-
um in ueritate perquiratis: et in se
tunc erit amabilis filius meus. Et
una cum aliis amicis meis ipse quoque
requiescet supra pectus unigeniti fi-
lij mei de quo uobis potestatem feci ut

Primus.

incolumes peruenire: valeatis ad gloriosum finem atq; terminuz ad quē vos ego gratiose creauī: vbi recipietis fructum omnium laboruz quos amore meī cum patientia pertuleritis. Itaq; tollerate viriliter quia non sunt condigne passionēs huius breuissimi temporis ad futuram & eternam gloriā: ad quam vos i n t r o d u c a m.

Quomodo fracta via per quam ad celuz ascendere debeamus ex obedientia ad deus potestatem de filio suo fecit per quē trāfire possunt cō incolumitate fideles. Ca. xxi.

Et q; ibi dixi q; ex vnigenito filio meo humano generi potestatem fecerā nolo vos ignorare filij meī ellecti q; via per quam ascendere debeatis in celū ex i obedientia & propter transgressionē adē fracta fuit & interrupta per modum q; nemo transire poterat & ad vitā pertingere durabilem. Itaq; genus humanum mihi gloriā & honorem non reprendebat vt obligabatur: non habendo finem illum ad quez ipsam gratiose creaturam & ita veritas mea minime cōplebatur: hoc est autem veritas mea quoniam hominem ad imaginē & similitudinē meam & magna dignitate creauerā vt ad vitam eternam veniret: sibiq; participando gustaret ineffabiles dulcedinem atq; bonitatem meam. Peccatum igit impediebat ne pertingeret ad istum felicissimum terminum & ita veritas ista non impe-

diebatur. Huiusmodi nāq; peccati culpa celum omnino clauserat atq; nunc ianuam. Peccata culpa spinas angustiarum tribulationem atq; molestiarum homini germinauit. Sicut enim homo mihi rebellis extitit in semetipso subito rebellionē inuenit. Caro contra spiritū illico rebellauit & impugnavit. Et innocentie statum amittendo effectus est veluti animal immundum & etiā alie creature facte sunt ei rebelles vbi plene fuissent eius obedientie subdite si se conseruasset in dignitate qua creaueram & collocaueram cum. Sed quia se cōseruare noluit meam obedientiam offendendo mortem eternam corporis & anime proculdubio meruit. Unde post hic illico fluvius quidā inquietus imo tempestate plenus valde periculo se profudit qui suis vndis iugiter allidit cum cum varijs afflictionibus atq; molestijs a semetipso v; ad aduersario pariter & a mundo procedentibus. Omnes in isto fluvio mergebamini quia nullus ex quacunq; iusticia sua poterat ad eternam vitam ascendere. Quamobrem ege pie more paterno cupiens vestris multiplicibus obuiare periculis ordiamini potestatem omnino saluarem donando vobis vnigenitū filiū meū vt trāitu flumis huius euadē possitis oē piculū. piculosus itaq; fluvius ista mundi pcelosa piter & tenebrosa vita. Nūquid aduertis q; tu n obligatur amare me genus humanum & cum q;ta procedit ignorantia periculosa volendo

Tractatus.

potius in flumine se suffocare q̄ al/
sumere salubre remedium quod ei
gratiose concessi:

Deus iducit hanc animam ad cō/
siderandam victi pōis magnitudi/
nem que tenet a terra vsqz ad ce/
lum. Capl. xxiij.

Orit etiam huic anime domi/
nus. Alperi oculum intellect⁹
z videbis excecatos z ignorantēs.
videbis insuper imperfectos atqz
perfectos qui me viriliter z in veri/
tate secuntur vt de perditione mi/
serorum z ignorantium caritative
condolens: z de felicitate seruatorum
z electorum meorum affectuose cō/
gaudeas. Item aperte videbis qua/
liter incedūt euntes in lumine nec
non z euntes in tenebris. Sed ātea
volo te considerare pontem istū de
quo dixi. Nam a sūmo celo vsqz ad
aridam extendit z occupat altitu/
dine sua hoc est qm̄ altitudinē diuī/
nitatis terra vestre humanitatis vni/
tur. Et ideo dixi q̄ a sūmo pertin/
git ad infima: v3 ex vnione vtrius/
qz nature. hoc omnino necessarium
ertitit: volendo reficere dirruptum
ster vt ad vitam eternam pertinge
re valeret: amaritudine periculosa
vite presentis cum incolumitate trās/
nadata. Iste vero pons de terra so/
lummodo construi non poterat al/
titudinis que sufficeret ad transitū
huiusmodi fluminis vt habere pos/
set vitam. Quia v3 terra vestre hu/
manitatis ad satisfaciendum offen/
se contra me perpetrare nullo mo/
do sufficiebat nec abluere poterat
illius culpe putredinem que qu' dē
vniuersum genus humanum z cor/
rupit z infecit vt iaz dixi. O portu/
it ergo naturam vestram vniū no/
stre diuine vt satisfacere posset pro
vniuerso genere humano: dum hu/
mana vestra natura tollerando pe/
nam in dilectissimo filio meo mihi
pro vobis oblato acceptaretur ī suf/
ficientissimo sacrificio virtute natu/
re diuine secum vnite. Et ita mors
a vobis auferetur z vita gratie do/
naretur. In hunc ergo modum al/
titudō diuinitatis humiliata fuit
humo vestre mortalitatis. Et ex ta/
li vnione perfectissima constructus
est iste sacratissimus pons z via sa/
lutifera reparata. Quare se fecit vi/
am: Ut per eam transeundo veni/
retis ad eternum gaudium vna cū
angelica natura. Sed vobis minū/
me sufficeret ad obtinendam vitam
licet vnigenitus meus de se pontem
fecerit nisi per ipsum transiretis.

Quomodo sumus omnes labo/
ratores adeo missi ad laborandum
vineam ecclesie sancte Capl. xxiij.

In supradicta sententia veri/
tas eterna demonstrabāt q̄
nos creauerat absqz nobis sed sal/
uare nos absqz nobis omnino non
vult. Oportet ergo q̄ appōnam⁹
in salutē nostre negotio bonam vo/
luntatem cum arbitrio libero tem/
pus in veris virtutibus exerceōdo.
Ideo subiunxit illico dicens. Om/
nes trāsire debetis per pōtē istuz p

Primum

quirentes indefesse gloriam et laudem nomini meo in animarum salute cum pena tollerando labores. Quod plurimos amore sincero dulcis et amorosi vobis secundo vestigia. Vos estis cultores atque coloni mei quos ego conduxi ut vineam sancte matris ecclesie laboraretis. Vos utique laboratis in vniuersali corpore christiane religionis a me conducti per gratiam exhibendo vobis lumen baptismi salutaris quem habuistis in corpore mystico sancte matris ecclesie per manus ministroz quos ad laborandum conduxi sicut et vos. Vos estis in vniuersali corpore. Ipsi vero sunt in corpore mystico ad pascendum animas vestras elekti ministrando vobis in sacramentis vniigeniti mei sanguinem extirpando spinas mortalium peccatorum atque plantando virtutem et gratiam in vinea vestrarum animarum alligata vinee sancte matris ecclesie. Quilibet homo vineam habet in semetipso: vix animam suam cuius colonus et cultor est voluntas vna cum arbitrio libero dum vivit in isto breui tempore. Transacto vero tempore nullum opus in ea facere potest neque bonum neque malum. dum autem est in tempore potest imo debet viriliter in vinea sua laborare ad quam eum introduxi. Et a me gratiose recepit iste colonus tam validam fortitudinem quod omnino nulla creatura potest auferre sibi nec eum violentare nisi sponte voluerit ac in quiete nam in sancto baptismo su-

it ita fortificatus. Tunc accepit vnum gladium bicipitem vix amorem virtutis et odium peccati que duo reperit in sanguine. Quoniam amore vestre salutis et odio peccati mortuus est vniigenitus filius meus effundendo pretiosam sanguinem habundanter: in quo sanguine vitam habuistis in sancto baptismo. unde gladium habetis quo debetis vti manu liberi arbitrii dum estis in tempore ad euellendas peccatorum spinas pungentes atque mortiferas in anima vestra plantando virtutes. Aliter. n. fructum sanguinis non haberetis ab ipsis colonis quos in ecclesia sancta collocaui de quibus iam dixi tibi quod a vinea nostrarum animarum auferiebant spinas peccatorum et infundebant gratiam in sacramentis ecclesie ministrando sanguinem. Est ergo necessarium quod prius humili contritione cordis atque displicentia peccatorum assurgat et amore virtutum et ita sanguinis huius pretiosi salutarum fructum habebitis. Aliter n. minime poterit habere nisi etiam ex parte vestra virtuosam dispositionem faceretis veluti palmites vniuti vere viti videlicet iesu christo filio meo qui ait. Ego sum vitis verax pater vero meus agricola est et vos palmites. Et ita verum est. verus. n. agricola suus a quo sunt egressa quecumque sunt in esse creata. Potentia namque mea penitus inextimabilis est. Ipsa quotidie gubernat atque regit vniuersum orbem et absque me nihil omnino factum est. Itaque sum

Tractatus.

ille verus agricola qui filium meum unigenitum in terra vestre humanitatis plantavit tanquam vitez vt vos veluti palmites vniti per fidem et opera de vite fructum afferatis. Ideo quicumque salutiferum fructum videlicet: bonorum operum afferre neglexerit ab ipsa vite vera precidetur et arefcet et in ignem mittetur eternum quoniam ita precifus illico vite gratiam amifit: et veluti palmes a vite heifus et are factus in fructuosus est oino et solūmodo suat ad ignem. Similiti isti peccatis eorum erigentibus ita precifi morientes in culpa mortali mittentur a diuina iusticia veluti inutiles in ignem eternum. Isti edlere noluerunt vineam suam imo potius exterminauerunt propriam et alienam. Nec in ea solum obmiserunt aliquam virtutis plantam immittere imo quod videtur esse deterius inde semen gratie quod in lumine baptismali perceperant abiecerunt atque modo miserabili conculeauerunt. In quo lumine participabant unigeniti filij mei sanguinis qui suauissimum vinum eritit quod vobis vite ista vera produxit. Ipsi autem abstulerunt a vinea sua semon istud et in cibum exhibuerunt animalium aliquorum: videlicet iniquitatum diuersarum: illud vtilissime subveditantes per inordinatum affectum cum quo me satis offenderunt et semetipsos valde miserabili modo damnificauerunt atque proximum. vos vero serui mei fideles inserti esse debetis vere vite:

quia tunc afferetis habundantissime fructum participantis huius vere vite humorum. Vobis autem in filio meo dilectissimo permānentibus in me stas. Nam ego sum vnus cum eo et ipse mecum. Si stabitis cum eo sequemini proculdubio vestigia eius et doctrinam et ita substantie eius participabitis videlicet eterne deitatis vnite vestre humanitati dum inde trahitis amorem ineffabilem atque diuinum vbi fidelis anima inebriatur. Et ideo vtri que participabitis de substantia salutifere vite huius.

Qualiter deus palmites precifite vite vnitos videlicet seruos suos putat et quomodo nullus potest colere vel destruere vineam suam. quin colat vel destruat illam primi
Capit. xxiiij.

Tem ait dominus. Scis filia mea quem modum ego teneo postquam serui mei sic vniti libeter animo prompto desiderant yesu christi filij mei sequi doctrinam atque vestigia: Ego puto illos amouendo superflua vt ampliozem fructum producant et fructus eorum sit acceptabilis et electus et non efficiatur inanis atque siluester sicuti palmes vite coniunctus putatur a cultore vt meliozem fructum atque plus afferat. Quod vero siluestrem viderit ad ignem ponit. Similiter ego verus cultor ago. Seruos meos in me per amoris affectum in morantes ego puto: multis variisque tribulationibus

Adimus.

bus ut meliorem atq; maiorem ru-
cum afferant et eorum probata vir-
tus eluceat. Steriles vero preci-
duntur a gratia et igni comburen-
tur. Tales n. veri sunt cultores val-
de bene colentes animas eorum ex-
tirpantes ab eis omnem amorem
proprium in me terras verentes af-
fectus animarum eorum nutriunt
et ingerunt augmentant in se gratie
semen quod in sancto baptismo re-
ceperunt. Et ita bene vineam pro-
prium excolentes: etiam illam pro-
ximi sui bene colunt quia non bene
potest coli vna sine reliqua. Jam. si
tibi dixi quod omnia bona similiter et
omnia mala mediante proximo per-
petrant. Itaq; vos estis coloni mei
ame progressi et electi qui sum opti-
mus laborator: vos unicus et inse-
rens vere viti propter unionem cum
humanitate vestra factam. Dilige-
ter attende quod omnes homines ha-
bent vineam propriam que sine me-
dio iungitur et vnitur vinee proxi-
mi sui. Et in tantum vnuntur quod ne-
mo potest proficere sine nocere sibi
quod idem etiam proximo non opere-
tur. Ex omnibus vobis videlicet ex
tota religione christiana vniversa-
lis vinea constituta est eo quod estis vni-
ti pariter in corpore mystico sancte
matris ecclesie vnde vite gratiam
habetis. In qua vinea plantavi vi-
tem hanc veram vniuersi filij mei
cui vos inserti esse debetis pariter
et vnti. Si vero non cens in eo ta-
liter inserti rebelles essetis indubi-
tanter ecclesie sancte ac essetis ve-

luti membra putrida que precisa sunt
a corpore verumtamen dum estis.
in tempore potestis a peccati putre-
dine consurgere habendo recursus
ad ministros meos qui sunt coloni
tenentes claves vini saluberrimi vi-
delicet pretiosi sanguinis ab ipsa vi-
te vera producti et egressi. Qui tan-
te virtutis atq; perfectionis est quod
ex nullo defectu ministri contami-
nari potest vel inquinari neq; po-
test a vobis auferri fructus ipsius
immaculati sanguinis. Vinculum
vero caritatis est illud cum quo li-
gantur cum humanitate vera et noti-
tia salubri mei et sui. Itaq; vides ap-
te quod omnes vos veluti colonos ad
laborandum adduxi. Et nunc etiam
inuito vos denuo quia mundus
in se desecit et in tantum vepres in
eo multiplicatae sunt quod omne semen
omnino suffocatur. Ita quod nullus fru-
ctum boni operis vel gratie facere
volunt. Itaque volo vos esse culto-
res veros atq; fideles. qui cum so-
licitudine sancta et indefessa in cor-
pore mystico sancte matris eccle-
sie pro salute fidelium quotidie
laboretis. Precipue ad hoc vos eligo
quod decreui mundo miserabili facere
misericordiam pro quo tu tam hu-
militer et instantissime rogasti me.

Qualiter h. anima post aliquas
vel laudes humiliter exposcit ei de-
monstrari per pontem ambulantes:
et alios qui per ipsum ambulare vo-
lunt.

Capit. xxv.

Tractatus.

Hec anima tunc amore diuino valde succensa dicebat exclamans. O dulcissima caritas inextimabilis et ignisera quis ex tanta dulcedine non accendatur et uratur? Quod est cor ita durum quod se defendere valeat ut non deficiat. Tu abyssus eterne caritatis: ita philocaptus es de tuis inutilibus creaturis quod ut ita dicam videris insanire quemadmodum si viuere non posses absque illis cum tu sis omnipotens deus noster qui nostri nullatenus indiges: et ideo de quocumque nostro modo nihil additur magnitudini tue. Et quod tu es immobilis de quocumque nostro detrimento nihil omnino demitur eterne bonitati tue. unde prouocaris obsecro ad tantam atque talem misericordiam exhibendam? Solummodo tua caritas ineffabilis hoc agit. Non quidem ex debito siue quod egeas adiutorio quod sumus vere neque et infidelissimi debitorum. Si bene considero summa et eterna bonitas: ego latro sum: tu vero pro me suspenderis atque torqueris quod video filium tuum unigenitum in cruce pro me suspensum atque clauatum: de quo fecisti potentem humano generi sicut mihi miserissime serue tue pro palati dignatus es. unde cor meum ex vehementi desiderio atque fame tui honoris in presenti scinditur et tamen ut opto scindi non valet. In super habeo memorie quod mihi ostendere volebas qui sunt illi qui per pontem incedunt et alios qui per illum ire nolunt. Et ideo si maiestati tue

placet ego libenter viderem atque te docente libenter audirem.

Quomodo pons iste tres gradus habet per quos aperte notantur tres anime status et qualiter intelligitur verbum christi. Si exaltatus a terra fuerit etc. Capitulum xxvi.

Eternus vero deus ut animam illam circa salutem animarum amplius philocaperet atque feruentius animaret ait. Antequam pandam tibi ea que tibi monstrare dispono et id quod a me petis: volo te nosce qualiter iste pons est utiliter dispositus: dicitur tibi quod a celo usque ad aridas extenditur usque ex unione quam in humanitate vestra fieri volui. Nam de limbo terre primum hominem ego formavi. Iste pons usque filius meus unigenitus tres gradus in se continet quorum duo fabricati fuerunt in ligno sanctissime crucis. In tercio quoque quod persensit amaritudinem valde molestam: usque quando potatus in cruce fuit aceto selle permixto. In his ergo tribus gradibus intelligere poteris tres anime status ut apertius tibi subiungat primus gradus in pedibus intelligitur: quod sicut pedes potentis corporis sic affectus animarum. Ad firmi pedes tibi faciunt unum gradum ut ad vulnus lateris attingere valeas. Secundus tibi cordis aperte manifestat archana postquam homo super affectum pedum ascenderit incipit: iam gustare cordis affectum diligentissime considerans intellexit

Primum.

ctus oculo eorum apertum unigeniti filij mei ubi reperire potest ineffabilem atque perfectissimum amorem vere consummatum. Consummatum inquit quod vos non amat ex aliqua utilitate propria. Nam utilitatem ei facere non valetis quam unum est mecum. Tunc anima repletur amore considerando se tam ineffabiliter amari. Postquam ergo gradum hunc ascendit pervenit ad tertium usque ad os omni suavitatem repletum ubi reperit pacem quietissimam ex amarissima guerra quam prius incurrerat propter offensiones eius. Igitur in primo gradu levando pedes affectus a terra respuit vicia. In secundo replevit animam virtutibus. Sed in gradu tertio gustat pacem. Itaque pons iste tres habet gradus ut ascendentes primum atque secundum pervenire possit ad tertium. Est etiam iste pons elevatus in altum quem aqua decurrens ledere non valet eo quod in ipso glorioso ponte non fuit unquam aliqua peccati macula. Et licet ipse pons in altum extiterit elevatus: tamen a terra fuit nullo modo separatus. Sicut filia carissima quando levatus fuit in altum. Quando affixus fuit in ligno salutifere crucis. Non tamen separata fuit aliquo modo a terra nostre humanitatis altitudo nature divinitatis. Et ideo videtur quod licet in altum esset elevatus a terra: tamen non erat separatus ex unione divinitatis et humane nature. Nemo quippe poterat incedere supra pontem istum usquequo non exten-

dit in altum elevatus. Et ideo dixit ipse. Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. Ego vero considerans quod alio modo meliori trahi non poteratis: a mea paterna caritate solummodo motus vobis eam transmisit super ligno salutifere crucis elevandum et exaltandum faciendo de corpore suo quandam incudem in qua fabricaretur humani generis filius auferendo sibi mortem et ei vita gratie restitueretur. Et isto modo trahit ad semetipsum omnia dilectionem inextimabilem ostendendo vobis: quod cor hominis agilius trahitur amore quam alio modo: et ipse vobis maiorem amorem ostendere non poterat quam vitam pro vobis exponere. violenter igitur homo trahit ab amore nisi forte propter ignorantiam et ingratitude ei omnino rennerit atque resistantiam damnabilem adhibuerit dixit ergo quod si exaltatus esset a terra omnia traheret ad se: et ita verum est: hoc autem intelligi potest dupliciter. vno modo quod hominis attractio corde per affectum amoris ut iam dictum est: etiam anime potentie cetera sunt attracte: usque memoria intellectus atque voluntas. Congregatis igitur et unitis his tribus anime potentijs in nomine meo tunc omnia que facit actualiter atque mentaliter attrahuntur et ununtur in me per affectum amoris. Ideo sunt mihi valde grata pariter et accepta quod sunt in altum erecta sequendo dilectionem igniferam unigeniti filij

Tractatus.

mei. Itaq; verū est quod ait: si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me quia videlicet attracto corde cum anime potentis. opera cuncta similiter attrahuntur. Secundo modo potest intelligi quoniam omnia creata sunt in obsequium hominis et non homo propter alias creaturas: imo propter me solummodo videlicet ut mihi seruiat et affectuose me diligat ex toto corde suo. Attendas ergo quod homine sicut dictum est attracto cetera sunt attracta vnde omnia creata sunt propter ipsum fuit igitur expediens quod iste pons in altum erigeretur et quod haberet etiam in se scalas ut agilius ad ipsum ascendere valeretur.

Quibus lapidibus iste pons est muratus: vnde qui per pontem transit omnino saluus est qui vero transit per fluuium vadit ad mortem.

Capitulum xxvij.

Iste pons constructus est ex lapidibus ut venientibus imbutibus viatores nullo modo precipiantur. Nostri qui sunt isti lapides proculdubio sunt reales et vere virtutes. Qui lapides ante passionem unigeniti filii mei murati non erant. Ideo viatores impediebantur in tantum quod nemo peruenire poterat ad terminum ad quem ego creaueram et de quantumcumque per viam virtutum ambulare conarentur. Celum adhuc omnino clausum erat: clavis enim sanguinis preciosi filii mei dilectissimi

mi mundi illud aperuerat. pluuia quoque diuine iusticie non admittebat aliquem pertransire. Sed ex quo lapides isti supra corpus ipsius unigeniti filii mei de quo tibi dixi me fecisse pontem volati fuerunt atque contusi. postmodum ipse murauit et fabricauit calcem ad murandum conspergendo suo pretioso sanguine: que calx creata cum igne dilectionis immensis fortitudinem habuit inexcusabilem vigore diuinitatis eterne. Cum potentia mea lapides virtutum murati atque constructi sunt super eum: quia nulla virtus est que non extiterit in eo probata: et ab eo virtutes omnes habent vitam et efficaciam. Et ideo nemo potest habere virtutem aliquam que vite gratiam exhibeat nisi solum ab eo videlicet suam sequendo doctrinam atque vestigia. Ipse murauit atque plantauit virtutes tanquam viuos lapides in edificio: firmavit et construxit proprio sanguine suo ut omnes fideles expedite transire valeant absque timore seruilis cuiuscumque pluuie diuine iusticie quia misericordia preuenit. Que misericordia de celo descendit in incarnatione dilectissimi filii mei. Cum quia clauem celum fuit apertum. Solummodo cum clauem sui preciosi sanguinis. Itaque videre potes hunc salutiferum pontem esse constructum atque muratum ac etiam coopertum ineffabili misericordia. Super quo viridarium ecclesie sancte velut apotheca consistit in qua panis vite ministratur esurienti.

Primum:

ibus et sanguine precioso sicientes abundantissime potantur ne viatores atque peregrini veluti fessi deficiant in via. Et ex hoc ordinavit affectuosa mea paterna caritas ut vobis corpus atque sanguis unigeniti filii mei quotidie ministraretur qui verus deus et verus est homo. Cum vero pertransieritis pontem pervenietis ad ianuam que tamen ianua idem est et pons per quam omnes vos indubitanter oportet ingredi. unde dixit in euangelio. Ego sum via veritas et vita: qui vadit per me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Et alibi dixit: idem. Nemo venit ad patrem nisi per me. Et ita se veritas habet. Nam est via veritas et vita. Et si bene meministi iam tibi monstravi quod est via sub forma pontis. Et quod mecum est unum qui super eterna veritas etiam idem est vix eterna veritas: quod qui sequitur eum in veritate perambulat. Est insuper vera vita quod qui sequitur veritatem istam vitam gratie recipit: neque fame perire potest quod veritas se vobis exhibuit in cibum: neque potest in tenebris ire quoniam ipse vera lux est omnes hominem illuminans omni mendatio privatus: imo cum veritate sue lucis irritavit et ad nichilavit omnino mendatium adversarii eius quo deceperat eum. Quod utique diaboli mendatium iter ad celum vobis irrupit veritas vero reparavit: illud ut iam dixi fabricando precioso sanguine suo. Igitur omnes qui viam istam in veritate secutur utique sunt

veritatis alumni quod veritatem imitantur et per portam veritatis intrantes ad me mare pacificum unum cum hac eterna veritate posita pariter et via felicissime perveniunt. Qui vero declinat et omnino tenuit hanc viam saluberrimam ambulare: vadit infra per fluminis alveum. ubi non est via constructa lapidibus: sed aqua proceosa decurrens. Et quia nullum est sibi sustentaculum siue subsidium nullus inde transire potest quin ab aqua submergatur atque suffocetur. Tales proculdubio sunt huius mundi delicia: status et oblectamenta sue vanitatis eo quod affectus hominis super vino et angulari lapide non est collocatus: imo verius in creaturis et alijs vanitatibus est extra me positus illas inordinate amando atque possidendo: similitudinem habent cum aqua quotidie decurrenti. Similiter et homo una currit cum illis singulis diebus infalibiliter unam dictam agit ad mortis terminum properando. vellet utique semetipsum conservare ne curreret ita una cum rebus quas diligit. hoc autem est eis penitus impossibile: quia neque se: neque sua multo tempore conservare potest. Statutum est enim hominibus indubitantissime semel mori: etiam ea que possidet necessarium est omnino relinquere. Quia vel ipse per mortem auferretur eis: vel illa per ordinationem sine permissionem meam auferretur ei. Isti mendacium imitantur: ideo merito filii

Tractatus.

diaboli nominari dicitur qui mendax est et mendacii pater. Et quod transiit per mendacii portam eternam incidunt iustissime damnationes. Nunc autem ostendi tibi veritatem atque mendacium et viam meam que veritas est: et viam diaboli que mendacium in se continet.

Quomodo per viam dei et per pontem istum ac etiam per viam contrariam et per flumen cum labore transitur. *Capitulum xxviii.*

Liste sunt due vie: sed per vtramque et cum difficultate transitur. Attende diligenter hominis ignorantiam et affectatam eius cecitatem qui viam habens expeditam atque salubrem: vult ambulare per flumen ad interitum. Via vero mea tante consolationis est electis meis ambulans in ea quod omnis amaritudo efficit eis valde dulcis et omnia pondera leuissima. Qui licet adhuc habitent in corpore tenebroso lumen inveniunt: atque mortales existentes vitam inveniunt immortalem degustando per amoris affectum cum lumine fidei veritatem eternam: quod promitto refrigerium inestimabile cum eis qui fideliter amoris mei laborant valde namque sum liberalis et gratus atque iustus unicuique retribuens iuxta merita sua. Quare nullum malum est impunitum nec aliquod bonum aliquando remanet irremuneratum. Jocunditatem vero quam habet ambulans in veritate: per vi-

tauerunt in corpore glorificato sta-
re velut ornamentum: vel auri frisi-
um in panno seu vestimento no qui-
dem virtute corporis: imo solum ex
anime plenitudine que corpori fru-
ctum laborum suorum representat
quoniam eam associavit in operib;
virtuosis. Itaq; fructus huiusmodi
laborum ab extra demonstratur vt
in speculo facies hominis apparet
modo predicto. Dum igitur atten-
dunt isti miseri tenebrosi tam erce-
lentem dignitatez qua priuati sunt
ipsi propter iniquitates eorum au-
getur eis amarissima pena & intolle-
randa confusio quoniam in corpori-
bus eorum aperte signa demonstra-
tur iniquitatum suarum quas in se-
culo comisserunt. Unde quotidie
cruciantur. In illo namq; terribili
verbo quod audient ite maledicti i
ignem eternum: ibit anima euz cor-
pore simul ad conuersationem atq;
societatem demonum absq; reme-
did cuiuscunq; spei & sic circumuo-
luti cum omni putredine totius or-
bis vnusquisq; per se diuersimode se-
cundum varias iniquitates eorum.
Auarus. n. inuoluet in auaritie pu-
tredine quam inordinate dilexit &
igni comburetur vna euz vana ma-
di substantia. Crudelis vero cum

Primum.

sa crudelitate: et immundus cum
immunditia putride conscientie sue
valde fetentis. Inustus cum impij
sua iniustitia sua: inuidus cum in-
uidia qui proximum oderunt cum
odio suo. Qui semetipsum amore p-
prio et inordinato dilexerunt: unde
processerunt alia mala quoniam est
velut origo atque principium aliarum
iniquitatum elata superbia socian-
te: perpetuo cruciabuntur igne cum
atrocissima pena. Itaque omnes in
gradu suo puniuntur indubitanter
in anima simul et in corpore. Sic er-
go miseri peccatores ambulantes per
inferiorem viam fluminis: qui no-
luerunt de suis iniquitatibus in ve-
ritate penitere neque misericordiam
meam acceptare quae ego libenter
eis impendissem perueniunt ad me-
dianorum ianuas eo quod imitati sunt
diaboli doctrinam qui est pater om-
nis iniquitatis atque mendacii. Un-
de per eum tanquam per ianua suam
omnes iniqui transiunt per quam
transiunt ad eterna supplicia per-
ducuntur sicut iam dixi. Sic econ-
uerso filij et electi mei per superio-
rem viam videlicet per pontes am-
bulantes imitati sunt viam verita-
tis ideo veritas est ipsorum vera ia-
nuam. Et ideo veritas ipsa mea di-
xit. Nemo potest venire ad patrem
nisi per me. Ipse quidem est via et ia-
nuam per quam ambulare atque per-
transire debent omnes electi ut quie-
scere valeant in me mari pacifico.
Sed illi reprobi miseri transire vo-
luntarie decreuerunt e contrario per
viam obscuri mendacii ubi mortu-

am aquam intenerunt. Et ad illam
ipse demon eos inuitat quasi dicat.
Quicumque sitit et aquam mortuam
habere desiderat veniat ad me: quia
sibi dabo satis et bibat iuxta libitum.
Et ipsi veluti stulti et omnino ceci-
quia, fidei lumen amiserunt volun-
tarie sequuntur illum et non aduer-
tunt neque considerant horribile pre-
cipitium suum.

De utilitate temptationum et qua-
liter anima in mortis extremitate
gustat et intelligit locum ei deputa-
tum etiam antequam a corpore separe-
tur. Capitulum xliij.

Etiam intelligere debes quod ip-
se diabolus est veluti lictor at-
que minister a mea diuina iustitia con-
stitutus et ordinatus ad cruciandos
omnes iniquos qui me miserabiliter
offenderunt. Sed in mundo per-
mittendo concedo ut hominibus fre-
quentissime temptationes atque mo-
lestias inserat non quidem ut ho-
mines in tali bello succumbant: sed
ut in bello vincant et postmodum a
me recipere coronam glorie per victoria
mereant et iterum virtutem exprimentes per-
ficerent. Non enim coronabitur nisi qui legitime cer-
tauerit. Quia non oportet expauescere per
quicumque temptationem diabolicam: vel ali-
am tribulationem sine bellum undecum-
que procedat quam deus ego roboro iugiter
atque voluntatem hominis in sanguine dile-
ctissimi filij mei fortificanti quam vicini non
valet a quocumque demone vel alia
creatura nisi sponte consentiat quam est
vra vobis a me processa cum arbitrij

Tractatus.

libertate. Cū hac ergo libertate potestis voluntatem ipsam inclinare seu refrenare iuxta libitum vestrū. Et ista gratiose concessi vobis velut inexpugnabilem armaturā. Quādo vero sponte peccatum acceptatis armaturam vestrā in manu diaboli ponitis: et iste gladius ē cū quo vos percutit et occidit. Si vero gladius iste voluntatis in manu diaboli nō exhibetur: voluntarie v3 acceptando temptationes atq; molestias eius: homo nunq; offendetur ab aliqua peccati mortalis occasione cuiuscunq; temptationis vel molestie proueniens vnde cunq;: imo fortificabitur inde si oculus intellectus apperuerit ad videndam et intelligendam caritatem meam vere paternam que permittit huiusmodi temptationes solus vt homines in se virtutes acquirant et in eis experiantur. Ad virtutes vero non puenitur nisi mediante cognitione proprie fragilitatis atq; mee bonitatis et ista cognitio perfecti^o acquiritur tempore temptationis q̄ tempore consolationis et quietis: q; tunc apte cognoscit se per se non esse: q; se liberare non valet ab illis molestiis quas vtiq; vitare vellet et illis omnino carere: me vero cognoscit in voluntate sua que fortificatur a bonitate mea quare non acquiescit illis molestiis atq; temptationibus: et q; prudenter aduertit q; ego concedo sibi propter utilitatem eius ex caritate mea: diabolus. n. infirmus ē et omnino nihil agere potest nisi quātum ego sibi concedo. hoc autem ei

concedo non ex odio vestri: sed ex caritate paterna sicut ias dicit: non vt in bello huiusmodi succumbatis: s; vt in bello tali triumphus obtineatis et vt ex inde veniatis ad veram cognitionem vestri atq; mee bonitatis et vt virtus experientia probetur que proculdubio non probatur nisi per oppositum eius. Ergo diligenter attende q; demones esse confitui et ordinari ministros meos vt impios atq; reprobos in inferno crucient et in mundo temptationibus atq; molestiis electos exerceant: vt virtutes in anima probentur: quibus intentio diaboli non sit: vt virtus in vobis augeatur sine probetur: quia caritate priuatus est: imo iuxta posse laborat vt omni virtute priuemi: hoc autem agere nullo modo potest nisi velitis ei consentire. Nunc videre potes hominis amentiam qui vult esse debilis: vbi factus ē a mea bonitate fortis atq; robustus: et ipsemet voluntarie se ponit in manibus inimici sui crudelissimi qui quotidie querit anime sue mortem eternam. Unde volo te nosce q; ex quo sponte reprobi se demoniace seruituti subiecerunt in vita: postmodū in extremitate mortis existentes ipsi sub huiusmodi crudeli dominio si expectant aliud iudicium a me: sed ipsimet sui iudices existunt a conscientia compellente. Quare veluti desperati festinant ad eterna supplicia. Et anteq; ingrediantur infernum in extremitate mortis illum amplectuntur cum odio cuiuslibet virtutis et cum demonibus quos in domi

Primum:

nos elegerant pro pretio suorum operum habent infernum: sicut eorum iusti et electi mei postquam imperfecta virtute vixerunt ad mortis extremitatem aducti: vera caritate succensi cum oculo perfecte fidei: cum firma spe fructiferi sanguinis agni: vbi unigeniti filij mei vident illud eternum premium eis a me preparatum et cum vere dilectionis beneficijs amplectuntur astringentes amoris amplexibus me summu[m] et eternum bonum in hac extremitate: sicque vitam eternam affectuose degustant antequam egrediantur a corpore mortali. Alij vero qui vitam in quadam duxerunt caritate communi et non in tanta perfectione venientes ad ultimum vite misericordiam meam amplectuntur cum eodem lumine fidei atque spei prout habuerunt illi perfecti sed imperfecte. Qui licet imperfecti fuerint astringerunt: tamen affectuose misericordiam meam existimantes et intelligentes valde maiorem esse diuinam misericordiam omnibus offensionibus eorum. Peccatores autem iniqui faciunt oppositum quia cum in remedabili desperatione et odio crudeli vident et amplectuntur locum sue damnationis ut iam dixi. Itaque nec electi: neque reprobi prestolantur indicari sed in egressu suo corpore quilibet videt et intelligit et quasi possidet ei locum assignatum etiam antequam a corpore fuerit anima separata. Nam anime damnatorum egrediuntur cum odio atque desperatione. perfectorum vero cum amore et lumine fidei et cum vera spe

sanguinis agni: imperfectorum autem cum misericordia et cum eadem fide perueniunt ad purgatorium.

Quomodo diabolus homines decipit sub alicuius boni colore.

Capitulum xliij.

Tibi tibi diabolus ad aquas mortuam homines inuitare vbi ad illam quas ipse pro se possidet illos excecando cum delitijs atque mundi statibus: et cum decipula vel hamo terrene delectationis eos incautissimè capit sub colore boni. Nam aliter eos capere non posset nisi viderent: vel iudicarent inuenire bonum aliquod proprium vel aliquam delectationem proculdubio se capitulo nullo modo permetterent. Naturaliter. n. anima quotidie bonum habere desiderat. Sed anima propter amorem proprium excecata non intelligit nec agnoscit vbi sine quod est verum et appetibile bonum quod anime prodest et corpori. Et ideo diabolus astutus et iniquus attendens animam excecata[m] ab amore proprio sensitivo sibi proponit varias delectationes cum aliqua bonitate vel utilitate coloratas vnicuique secundum gradum eius et secundum vitia principalia in quibus viderit aliquem irretitum vel inclinatum. Aliud. n. anteponit vni seculari et aliud vni religioso. Aliud in prelatura positus et aliud in sublimitate secularis domini collocatus et ita de ceteris. Ista tibi narrat: quia tibi dicam de his qui per fluvium ambulantes in eo se sub

Tractatus.

mergunt. Imprudentissime proce-
dunt nullum omnino respectum ha-
bentes nisi solum ad semetipsos cuius
iniquo amore proprio meas offensio-
nes vilipendendo quorum exitum
in parte narraui. Nunc autem aper-
te tibi monstrare volo quomodo se-
metipsos in veritate decipiunt: quod
volentes effugere penas incidunt in
penas: quod videtur eis quod labor excel-
sius esset eis in seruitio meo: vix am-
bulando per pontem a dilectissimo
filio meo fabricatum et ideo se sub-
trahunt a parua spina territi: hoc ac-
cidit eis: quod sunt excecati penitus: et
ideo non vident veritatem nec agno-
scunt illam. Sicut in principio vite
sue narraui tibi quando me ro-
gabas ut ego misericordiam orbi sa-
cerem homines extrahendo de tene-
brosis peccatis eorum. Nosti quod ostē-
di me tibi sub figura cuiusdam arbo-
ris cuius non videbas principium:
neque finem nisi quod videbas radicem
terre unitam: et hoc innuebat unitio-
nem nature diuine cuius humana ve-
stra natura. Iuxta stipitem arboris
videbas aliquas vepres paruas quod
rum horrore sine terrore cuius pro-
prie sensualitatis amatores elonga-
bantur atque recusabant arbori pro-
pinquare currentes ad quendam
monticulum corticis frumenti sine
quisquiliarij. In quo declarauit te
quod omnia mundi delectamenta signi-
ficabantur. Ille frumenti cortices
apparebant esse frumentum et tamen
non erant. Quare videbas animas
illuc euntes ibi fame perire. Multe
vero cognoscentes mundi fraudes

atque defectum indilate redibant ad
arborem transeundo spinas et vepres
illas: vix deliberationem voluntatis.
Que deliberatio prius fiat vide-
tur esse vna spina pungens in sequē-
do viam veritatis et salutis: quia pu-
gna quedam exercetur inter consci-
entiam atque sensualitatem. Sed quā-
do cum odio sancto et displicentia sue
sensualitatis virili corde deliberat
dicens. ego volo sequi Iesum christum
crucifixum: vepres siue spinas illi-
co calcat illesus et inuenit admirabi-
lem indilate dulcedinem prout illo
tempore tibi narraui tamen ampli-
us vel minus iuxta dispositionem
atque sollicitudinem ipsorum. Et ut in-
dixi tibi ego sum deus vester immo-
bilis neque mutus: nec ab aliquo qui
velit ad me venire me subtrahere sed
omnibus ostendi veritatem: natu-
ram diuinam inuisibilem ordinan-
do visibilem. Etiam eis ostēdi quid
est aliquid amare sine me. Sed ipsi
velut excecati penitus a nube amo-
ris proprio inordinati neque me neque
se cognoscunt. Vides aperte quan-
tum se decipiunt: quia potius vo-
lunt fame perire quam paucas vepres
pertransire. Nemo quippe potest
absque pena in presenti vita stare ne-
mo sine cruce pertransit exceptis il-
lis qui per viam superiorem vadunt.
Non tamen euadunt omnem pe-
nam: sed huiusmodi penam existimant
sibi fore refrigerium. Et quia pro-
pter peccatum ad mundum huma-
no generi spinas atque tribulos ger-
minavit et iste procelosus flumens ve-
luti quoddam inquietum mare pe-

Primus:

viculose fluxit ideo vobis ordinani
pontem de quo tibi dixi ne perire /
tis in ipso flumine. Nunc videre po-
tuisi qualiter ipsi se decipiunt cum
inordinato timore: et quia sum deus
vester qui non mutor nec sum per-
sonarum acceptor: imo virtutis at-
que sancti desiderij. Et sic autem vidi
isti presertim in illius arboris et co-
grua figura.

Ostenditur qui sunt illi quibus
minime nocet spine quas mundus
per peccatum germinavit. Capi. xlv.

Nunc vero tibi monstrare de-
creui qui sunt illi quibus ve-
res et spine quas propter peccatum
iste mundus germinavit inserunt
damnum et quibus non. Et quia iam
tibi monstravi damnationem ipso-
rum una cum bonitate mea et etiam
vidisti qualiter ipsi decipiuntur a
propria sensualitate sua nunc atten-
de diligenter quod ipsi solum offendun-
tur ab huiusmodi spinis. Nemo vi-
uens in mundo pertransire potest abs-
que pena corporali siue mentali. La-
bozem quippe corporalem etiam ele-
cti mei tollerant eorum vero mens
est omnino libera: quia non habet
afflictionem de labore siue quacun-
que pena pro eo quod eorum voluntas in
omnibus est conformis et unita vo-
luntati mee que voluntas est illa res
unde procedit afflictio siue pena. hinc
non affligitur homo vel habendo quod
habere nollet: vel non habendo quod
habere vellet. Ablata vero volunta-
te propria pacifice quiescit. Igitur

isti discordes a voluntate mea sunt
illi qui corporaliter atque mentaliter
affliguntur. Nam et in mundo viventes
aram inferni degustant sicut converso
sui mei gustant aram eterne vite. An-
de noneris quod valde singulare bonum
beatorum est hinc voluntatem plenam omnium que
desiderant. Ipsi cupiunt hinc me: cupie-
tes non me gustant fruunt atque possi-
det absque rebellionem quacumque: quia
deposuerunt in morte corporis gra-
vedinem atque molestiam: unde sen-
tiebant impugnationem atque bellum
contra spiritum. Corpus enim erat eis
obstaculum ne perfecte cognosceret
veritatem et impediabat eos ne me
facile ad faciem videre possent. Post-
quam autem anima deposuit onus corpo-
ris voluntas est omnino plena: quia de-
siderantes videre me quotidie me
vident in qua visione felicissima bea-
tudo vestra consistit. Videntes agno-
scunt et agnoscentes amant et amantes
gustant me summi et eterni bonum in
quo gustu satiant cum plena refectione
voluntas eorum. id est desiderium quod habent vi-
dendi et agnoscenti me: quia desiderantes
habent et habendo desiderant. Et ut iam dixi
peccatum est ab omni pena tale desiderium et omne
fastidium a tali sacietate remotum. Ita
quod sui mei principaliter beatitudinem glo-
riosa proficiunt videndo: cognoscendo
et amando me: quod quidem visio replet eo-
rum voluntatem habendo quicquid exo-
ptat et ita satiata quotidie reperit-
tur. Et ideo tibi dixi quod vitam eter-
nam gustare precipue consistit in hoc
ut voluntas habeat omne quod optat
Noneris tamen quod ipsa solummo-
do videndo cognoscendo et amando

Tractatus.

me satiatur ut iam dixi. Etiam igitur in hac vita presenti gustat aram eterne vite gustando illud de quo postea satiatur. Gustatur autem haec ara vite durabilis in presenti tempore bonitatem meam in se videndo et in agnoscendo veritatem meam. Ista vero noticiam habet intellectus illuminatus in me qui est oculus anime. Sic autem oculus pupillam habet alme christiane fidei: et lumen huiusmodi fidei facit agnoscere pariter et imitari viam atque doctrinam veritatis: ut incarnati verbi dilectissimi filii mei. Nullus enim absque pupilla fidei christiane videre potest nisi sicut homo qui formam habet oculi sed pupillam que videre facit hominem habet uno paniculo coopertam. Sic oculus intellectus loco pupille fidem habere debet: super qua si panus infidelitatis ortum habens ab amore proprio superponatur recte videre non potest. Formam habet oculi sed minime lumen quia semetipsum illo privavit. Itaque vides quod serui mei videndo cognoscunt et agnoscendo diligunt et amando perdunt voluntatem omnem propriam et abnegant. Privati vero voluntate propria subito voluntatem meam induunt que non querit et optat nisi sanctificationem vestram. Et indilate retrocedunt ab inferiori via ponte ascendentes vepresque virili corde calcantes illesi pertranscunt absque nocumento quocumque quia pedes affectu eorum voluntate mea calciati sunt et valde munditi. Et ideo dixi tibi quod ipsi penam habebant corporaliter:

sed non mentaliter quia sensitiva voluntas in eis omnino mortua fuerat que penam infert atque mentem hominis affligit. Ablata voluntate propria subito pena fugatur ab homine. quare tollerant omnia cum affectuosa reuerentia reputantes ad gratiam singularem amore mei cruciari nec optant aliquid nisi quod ego volo. Unde si eos verari permitto multis et variis diabolicis temptationibus ut in virtute probentur: ipsi cum voluntate firma resistunt quam in me fortificatam habent et cum humilitate profunda se reputant indignos omni quiete: sed afflictione dignos. Et ita eius sancto gaudio pertranscunt et eius vera cognitione sui vitando penam omnem afflictivam. Si vero permitto quod homines eos persequantur: vel eis volo concedere corporalem egritudinem vel inopiam temporalium: vel ut a statu suo deiciantur in mundo vel eis auferre filios vel alias creaturas quas affectuose diligunt. que quidem omnia spiritus videntur et vepres quas post peccatum a terra germinavit: omnia cum lumine rationis atque fidei sancte patientissime tollerant: attendentes quia summa sum bonitas: neque velle possum nisi quod bonum est et intuitu boni concedo totum amore paterno motus et non ex odio. Postquam autem in me perfectum amorem agnouerunt ad semetipsos oculum vertunt defectus proprios vere cognoscentes. Et eius lumine fidei cognoscunt aperte quod nullum bonum erit absque pac-

Secundus.

mis et omnis culpa sine dubio puni-
tur. Diligenter et attendunt quod om-
nis culpa quantumcumque leuis ap-
pareat esset infinita pena digna: quo-
niam est contra me perpetrata qui
sum bonum infinitum. Et acceptat
a me pro singulari gratia quod in vita
presenti eis velim iniungere penite-
ntiam atque disciplinam eo quod tempus
est finitum et breue. Igitur isto mo-
do et contritione cordis pro suo pec-
cato satisfaciunt et cum perfecta pa-
tientia meritum acquirunt: eorum
vero labores a me postea remuneran-
tur eterno premio. Etiam aperte co-
gnoscunt quod omnis labor vite presen-
tis est valde breuis ex breuitate tem-
poris. Tempus vero quod habetis
est vnus punctus: vix presens istans
quod preterito caretis nec futurum ha-
betis Ergo deficiente vobis tempo-
re pariter et omni pena caretis et ita
quelibet pena in vita presenti bre-
uis est. Ipsi tollerant omnia pacien-
tissime calcantes huiusmodi spinas
illesi: quod non offenduntur neque tan-
guntur ab eis eo quod ipsorum cor alie-
num est ab eis amore sensitiuo con-
tempso et vnitum est in me per affe-
ctum vere caritatis. Ergo manife-
ste patet quod isti gustant arram eter-
ne vite dum etiam in mortali cor-
pore viuunt. Stantes in aqua non
madescunt nec aliquo modo balnean-
tur per vepres atque spinas acutissi-
mas illesi pertranscunt nullum ac-
culeum inde sentientes: quod nouerunt
me summum bonum sibi perquiren-
tes ubi reperire potuerunt: vix in
vniuerso filio meo.

De malis procedentibus ex cecidi-
tate intellectualis oculi et quod bona
facta in peccato mortali non valent
ad vitam eternam. Capitulum xvi.

Hoc vtiq; tibi declarandus du-
xi ut apertius agnoscas qua-
liter isti gustant arram inferni quo-
rum audisti deceptionem erroneam.
Modo vero subiungam: vnde pro-
cedit haec erronea deceptio et qualiter
arram inferni gustant. Hoc autem
accidit eis quoniam oculum intelle-
ctus habent excecatum cum infide-
litate quam ab amore proprio tra-
xerunt: quod put omnis veritas acqui-
ritur ab homine cum lumine vere
fidei: sic econuerso mendacium atque
deceptio cum infidelitate conqui-
runtur: de illorum infidelitate lo-
quendo qui sanctum baptisma rece-
perunt in quo pupilla fidei fuit oculo
intellectus imissa. Qui tempore
discretionis aduentente si se postmo-
dum in virtutibus exerceant ipsius
fidei lumen in anima sua conseruant
et exinde virtutes viuas atque reales
operantur in proximo fructifere pa-
riendo. Sicut accidit in muliere que
parit infantem viuum quem ita vi-
uentem iocundo corde spolio repnat:
ita faciunt isti qui virtutes viuas mi-
hi representant qui sum anime spolio
sus. Cuius oppositum isti miseri faci-
unt. Adueniente namque tempore di-
scretionis ubi deberent exercere lu-
men vere fidei virtutes cum vita gra-
tie pariendo et ipsi pariunt eas om-
nino mortuas. Mortue quippe sunt
eo quod ipsorum opera facta sunt in pec-
f

Tractatus.

cato mortali: qz priuati sunt ipso lumine fidei. Habent utiqz sancti baptisimi formam: sed minime lumen quo priuati sunt: qz nubes peccatorum amore proprio patratourz oculi pupillam: vnde virtuose videbāt operari. His qui fidē absqz virtuos operibus habent apertissime dicitur: qz fides corū est omnino mortua. Unde sicut ille qui mortuus ē videre nequit ita nec oculus habēs pupillam opertam non videt neqz cognoscit semetipsum: neqz suos defectus: neqz bonitatem meam aqua suam habuit esse z omnem gratiaz fūdātam super esse. Et: qz non agnoscit me: neqz se non odit in se propria sensualitatem: sed inordinate diligit eam querēdo quottidie suo appetitui satisfacere: sicqz pariter omnes filios mortuos: v3 multa peccata mortalia cōmittendo. Ne quoqz non amat: z ita me non amando: nec etiaz illud quod ego diligo diligit: v3 proximus eius. Neqz delectatur operari que mihi grata sunt z accepta: v3 veras atqz reales virtutes de quibus habeo complacentiam illas in vobis videndo non ex utilitate mea: qz mihi nullo modo prodesse potestis: qz suus deus vester z non indigeo bonorum vestrorum. Omnia namqz creata sunt a me solum excepto peccato: qz nihil ē. Et animam gratia priuando se repperit quoqz esse me priuatam qui sum omne bonum. Itaqz propter utilitatem vestram virtutes mihi placent in vobis: vt inueniā: vnde vos eterno p̄mio remunerare valeam in me

vita durabili. Vides ergo fidē istorum esse mortuam: qz non habent opera: nam opera que faciunt: licet in se bona sint non tamen eis valēt ad vitam eternā: qz vita gratie priuata sunt. Nihilominus operari bonum etiam absqz gratia nunq̄ intermitti debet qm̄ omne bonū a me remunerabitur: vt etiam omnis culpa tempore suo punietur. Bonum qd̄ homines operantur in statu gratie: v3 absqz peccato mortali valet ad vitam eternam acquirendam: illud vero quod operantur in culpa mortali proculdubio non valet ad vitam eternam tamen a me diuersi mode remuneratur. Nam aliquando prestolo eos gratiose tempus cōmodando: vt emēdare valeant: vel eos in corde aliquoruz seruorū meorum imprimo vt pro illis humiles atqz continuas orationes in conspectu meo fundant quibus interuentibus a me gratiaz obtineant: vt a suis iniquitatibus egrediantur. Quando vero non acceptant gratiam huiusmodi cōmodati temporis nec etiam fructum illarum orationum: aliquando remunerō tales in habundantia rerum temporalium. Et his accidit sicut vitulo sine porco qui satis impignatur: vt ad macellum postea congruentius adducatur. Ita continget istis qui quottidie recalcitrauerūt volūtati mee: tamen aliqua bona faciunt non in statu gratie: sed in peccato mortali nec acceptare voluerunt gratiaz cōcessi temporis: nec orationes pro eis effusas: nec alios modos quibz eos

Secundus.

Gratiōse vocant multotiens: vt ope
ra sua bona facerent in statu gratie
velut reprobi nisi se correrent vl/
tūno punientur eterno supplicio.
Interim vero mea bonitas p par/
tis illis bonis que fecerunt in tali
statu remunerat eos ī tali minima
compensatione: v3 diuitiarum hu/
iusmodi temporalium. Itaq3 valde
decepti sunt. Quis eos decepit: Ip
somet q3 sponte lumine viue fidei se
prinauerūt. Et veluti ceccati pal/
pantes inherēt solum his que tan/
gunt. Et ideo nihil vident nisi ocu/
lo tenebroso. q3 pauerunt affectum
suum solum in his trāsitorijs 7 ideo
decepti sunt. Ipsi dīrecte faciunt
veluti stulti qui respiciunt 7 vident
aurum solummodo: sed minime ve
nenum quod ibi latet 7 occidit icau
tos. Unde noueris q3 ista mādana
cuz oblectamentū eorum quantum/
cunq3 grata videātur absq3 me pos
sessa vel acquisita: sed cum amore p
prio 7 inordinato dīrecte portant
7 habent in se scorpionum effigiem
7 figuram vt in pīcipio vite tue p
illam arboris figuram: ego tibi mō
strauī dicens q3 ante se portabāt au
rum post tergum autem venenum.
Neq3 venenum erat absq3 aurō ne/
q3 aurum absq3 veneno. Aurum ta
men erat in aspectu primo: nec ali/
quis homo se tueri poterat a vene
no: nisi tantum illi qui erant illumī
nati lumine vere fidei.

| Quomodo pcepta seruari non
possunt nisi seruentur etiam cōsilia
7 qualiter in omni statu deus acce/
ptat bonam hominis voluntatem.

Cap. xlvij.

Lam tibi dīxi q3 isti sic illumī/
nati cuz gladio bicipiti: v3 cū
odio vitiorum 7 amore virtutum ī
tui n mee dilectionis a se pcedē/
bant venenū proprie sensualitatis
7 voluntatis. Et cum lumine ratio
nis acquirebant: possidebant atq3
tenebant aurum in his temporalī/
bus. s. qui retinere ea volebāt. Qui
vero magna volebant vtī perfectio
ne mētaliter 7 actualiter omnia cō
temnebant. Isti sunt omnes illi qui
consilium perfectionis a mea veri/
tate traditum actualiter obseruāt.
Alij vero qui possident hec ex terio/
ra sunt illi qui pcepta quidem ob
seruant actualiter consilia vero mē
taliter: sed non actualiter obseruāt.
Et quia consilia ligata sunt 7 conne
ra cum pceptis ideo nemo potest
obseruare pcepta quin etiam con
silia seruet: non actualiter: sed men/
taliter. v3 huiusmodi possidendo vī
uitas cum humilitate nōn cuz ela/
ta superbia possidendo non tanq3 p
prias: imo tanq3 a mea bonitate si
bi cōmodatas ad vsum vt in verita
te sic est. Unde tantum habetis q3
tum ego vobis impendo 7 etiam tā
to tempore relinquo vobis quan/
tum video vestre salutī conuenire.
Et isto modo vos vtī debetis: 7 ita
quisquis mādatū obseruat: v3 amā
do me super omnia 7 proximum tā
q3 semetipsum: viuūt cum liberta/
te cordis 7 eas ex affectu contem/
nūt 7 vilipendūt: ac licet actualiter

Tractatus.

cas possideat tñ volūtatī mee nullo modo contradicit. Obseruant quoq; consiliū ex affectu mentis. quē a se preciderunt venenum amoris ī ordinatī. Tales in cōmuni caritate morant̄. Illi vero qui seruat̄ actua/ liter atq; mentaliter p̄cepta pari/ ter z consilia sunt in statu perfecte caritatis. Et cum vera simplicitate seruant veritatis mee: v3 yesu chri/ sti consiliū exhibitum inueni pe/ tenti quid agere deberet: vt vitam eternāz obtinere posset. qui audiuit obserua mandata. Quo respondente: ita iam feci ei veritas ait. Si vis esse perfectus vende quecunq; possi des z da pauperibus. Iuuenis vero contristatus est. qz diuitias adhuc amore nimio possidebat: ideo cōtri/ status est. Sed isti perfecti consilia realiter obseruant: mundum z om/ nes diuitias ei⁹ affectuose relinque/ tes: macerando corpus cum absti/ nentia: vigilia z oratione continua. Illi vero qui viuunt in caritate cō muni non relinquendo diuitias eo rum actualiter non priuant̄ ex hoc eterna vita: qz non obligant̄ ad hoc ex p̄cepto: sed si volunt eas habē/ do possidere faciunt: vt iam dixi. Nec offendunt illo modo tenendo: quoniā omnia bona sunt a me crea ta qui sum eterna z summa bonitas in obsequium creaturarum: meatū que rationem habent z non vt ipse delicijs mundi seruiant. Et si placet illas habendo possidere non optan tes ascendere huiusmodi gradum perfectionis habeant atq; teneant nō tanq; domini s; tanq; serui mei

Desiderium eorum mihi debent of ferre cetera vero possidendo tenere nō tanq; propria sed velud a me cō/ modata. Ego vero nōn accepto per sonas vel personarum statum: imo sancta d̄sideria. In omni statu quē homines eligere volunt hēndo san ctam voluntatem accepto gratāter z in eis habeo complacentias. Om nes ergo qui venenum amoris inor dinatī preciderunt a vitijs cū odio sancto proprie sensualitatis z amo/ re virtutis ordinate possunt illas ha bere. Insuper ablato veneno volun tatis inordinate postq; illaz ordina uerit cum vera dilectione atq; san/ cto timore mei potest eligere quili/ bet cum sancta fiducia statum am/ plius ei gratum z vbiq; lucrari po/ test vitam eternam fauente gratia mea: quannis indubitanter est ma/ ioris perfectionis atq; mihi magis acceptum amore mei mentaliter z actualiter omnia mundana relin/ quere. Qui vero nequit hanc attin gere perfectionem fragilitate pro/ pria contradicente potest vnusquis q; stare iuxta gradum suum in pre/ dicta caritate cōmuni. Et hoc ordi/ nauit affectuosa caritas mea pater na vt nullus in quocunq; statu sine rit excusare se legitime propter pec catum valeat vilo modo. Quia ve/ re nullam excusationem homo po/ test inuenire legitimam: vel etiam apparentem. Valde nanq; gratiose condescendi fragilitati z imbecilita ti sue taliter q; ille qui vult in secu/ lo viuere possit in statu salutis esse etiam possidēdo diuitias: tenere v3

Secundus

minij statum: uxorem: ducere: filios
procreare: laborando victum acqui-
rere. Postremo quilibet eē potest
in illo statu quem eligere voluerit:
dum tamen vere p̄ccidere studeat
a se venenum proprie sensualitatis
& voluntatis que conducit indubi-
tanter ad mortem eternam. Et vere
venenum est: qz sicut venenum infi-
cit hominem in corpore: tandem in-
ferendo sibi mortem nisi vomer se
stinet siue salubrem aliquam assum-
pserit medicinam: ita venenum hu-
iusmodi scorpionis deliciarum mū-
di venchat & inficit animam inferē-
do sibi postea mortem nisi per con-
fessionem sanctam euomat illud ex-
trahendo virtuose cordialem affe-
ctū. Et hec est vna saluberrima me-
dicina que liberat hominem a ve-
neno peccati: licet amara videatur
misere proprie sensualitati. Posti-
ferum atq; mortiferū venenum at-
tendere debes non consistere in re-
bus creatis quoniā in se bone sunt
& vt iam dixi create sunt a me qui
sum eterna bonitas: sed intelligo de
peruerfitate voluntatis hominis q̄
bonis gratis concessis in mortem
propria abutitur. Videas ergo quo-
modo sūt huiusmodi miserabili mo-
do decepti: quia possunt habere me
per gratiam vitando tristitiam om-
nem & habere sanctum gaudium at-
q; consolationes & ipsi potius eligūt
habere malum sub colore boni. Cu-
piunt & habent aurum insatiabili-
ter amore nimis iordinato. Et quia
sunt excecati cum infidelitate sua:
non vident neq; agnoscunt vene-

num. Se venenatos esse conspiciūt
& ex infideli cecitate sua negligunt
aliquod assumere remedium: Ipsi
profecto crucez diaboli portant arā
infernī in presentī vita gustantes.

Quomodo serui mundi quānis
multa possideant ipsi tamen satura-
ri nequeunt. Et de pena quam per-
uerfā voluntas eis exhibet.

Cap. xlvij.

Oxi iam tibi qz sola volūtas
hominem affligebat & q̄ ser-
ui mei quia voluntate propria pri-
uati sunt illam abnegando & indue-
runt voluntatem meam ideo non
habent neq; sentiunt aliquam pe-
nam afflictiuam: imo quotidie cō-
solati me per gratias habent in ani-
mabus eorū. Qui vero gratia mea
priuati sunt non possunt in aliquo
satiari siue consolari licet vniuerso
mūdo dominarentur pro eo q̄ om-
nia que sunt in mūdo minora sunt
homine: qz creata sunt propter ho-
mines & non homo propter illa & id
circo non possunt ab illis habere sa-
cietatem. Solus ergo ego deus eter-
nus cum ineffabili sacietate quie-
re possum. Unde miserabiles isti sic
excecati quotidie laborādo fatigā-
tur & nunq̄ habere sacietatem vllō
modo valent optantes ea que non i-
uenient vnq̄: qz non exposcāt a me
qui plenissime possuz adimplere de-
sideria sua. Vis audire qualiter af-
liguntur. Tu nosti q̄ amor affligit
homines. quand operdunt ea cum
quibus erant affectuose cōformati,

Tractatus.

Isti conformati sunt in terra diuer-
simode per inordinatum amorem et
ideo terra sunt effecti sunt terreni.
Aliqui se conformat cum diuitijs
Quidam cum temporali statu siue
cum filijs. Aliqui me pdunt vt obe-
diant alicui creature: alij faciunt: vt
animalia irrationabilia: corpora sua
sedantes in immunditia detestabi-
li. Et ita diuersimode se miserabili-
ter de terra nutriunt. Uellent ista so-
re mansura cuius oppositum expe-
rientia quodtidie docet: qz vel his q
diligunt auferuntur ipsi morte me-
dia nte: vel ex mea dispensatione res
auferuntur ab eis et ipsis omnino
priuantur. Unde iugiter affligun-
tur intollerabili pena et illa cum ta-
to dolore perdunt cum quanto amo-
re inordinato possidebant. Si posse-
dissent ea tanqz a mea bonitate co-
modata et non tanqz propria non ha-
buissent in tali priuatione penam.
Affliguntur igitur iuste: qz non ob-
tinent ea que desiderant a mundo
a quo proculdubio satiarı nullo mo-
do possunt: vnde penam habent ve-
luti vacui atqz famelici. Quot pe-
nas habent inqz viuentes a stimu-
lo conscientie? Qualiter affligitur
ille qui vindictam appetit. Quotti-
die nanqz tabescit et afflictione con-
sumitur et ante semetipsum occidit:
vz animam qz inimico nocuerit: vel
in minimo: gladius autem odij su-
am iam occidit animam. Quantum
affligitur auarus qui sibi subtrahit
ex auaritia quesit vite sue necessa-
ria. Quantum affligitur inuidus
cuius anima semper amaricatur ex

omni felicitate primi sui. Tales ex
omnibus que sic inordinate dili-
gunt ei tra me semper habent affli-
ctionem atqz miseriam. Et ita: cruce
diabolica quodtidie tormentantur
et etiaz in vita presenti gustant et ha-
bent arram inferni. Corpus etiam
ipsorum ex hoc aliquando grauitur
infirmatur et nisi se corrigant incur-
runt hominis vtriusqz mortem eter-
nam. Igitur isti sunt quos ueritas
atqz spine multarum angustiarum
offendunt. Ipsi nanqz semetipsos af-
fligunt euz detestabili et inordinata
voluntate propria. Ipsi merito cri-
ciantur intus et extra. vz in anima
simul et corpore cum penoso tormen-
to viuentes absqz merito quocunqz:
quoniam in tribulatione sua fuerunt
impatientes: auruz atqz delicias vi-
te presentis inordinate diligentes
gratia mea priuati atqz caritatis af-
fectu mortis arbores effecti sunt: et
ideo ipsorum opera mortua sunt ama-
ritudine plena. Sponte vadunt per
fluuium in quo suffocantur et ita p-
ueniunt ad aquam mortuam cum
odio transcentes per tanuaz demo-
nij et sic eterna damnatione merito
puniuntur. Nunc ergo vidi isti quo-
modo semetipsos isti miseri decipi-
unt et cum quanta pena lucrantur
infernum: qz sponte se fecerunt mar-
tires diaboli. Vidisti quoqz quid e-
illud quod eos ercecat: vz obscura
nubes amoris proprii super pupil-
la luminis vere fidei collocata. Iteqz
attendere potuisti qliter amici mei
corporaliter a mundi tribulationi-
bus atqz persecutionibus offenduntur

Secundus.

tur: sed non mentaliter: quia sunt con-
formati voluntati mee: quia va'de
contentantur amore mei penas quas
sustinere: considerantes illas a me
concessas qui salutem ipsorum affe-
ctuose desidero. Serui vero mundi
multipliciter affliguntur intus et ex-
tra. Singulariter autem intus a ti-
more perdendi que possident ac eti-
am ab amore proprio et inordinato
desiderando que nullo modo possunt
obtinere. Alios vero labores afflicti-
uos qui post hos duos principales
et occurrendo subsequuntur lingua
tua non est enarrare sufficiens. Ita-
que cernis aperte quod etiam in mundo
valde melius est iustis amicis meis
quam iniustis atque reprobis quorum vi-
tam atque terminum occultata fide
vidisti.

Quomodo timor seruilis non suf-
ficit ad eternam vitam obtinendam:
sed eius exercitio timoris huius per-
uenietur ad amorem virtutum.

Capitulum. xlviiij.

Quam uolo te nosce quod aliqui
sunt stimulati frequenter a mu-
di tribulationibus quas: ego con-
cedo: ut anima cognoscat aperte fi-
nem suum in uita presenti non esse
sed omnia temporalia transitoria:
sunt atque solummodo me diligat et
optet habere qui sum optabilis fi-
nis hominum: et ita debet intelligere
do cognoscere. Tales igitur incipi-
unt amouere nubem ab oculo fidei
propter huiusmodi penas a quibus
opprimuntur et etiam propter illam quam

post culpam attendunt esse futuram.
Et cum isto timore seruili egredi in-
cipiunt a uia fluminis ita procellosi
venenum extra uomendo quod in-
caute susceperant a scorpione sub au-
ri figura: et inordinate sine modo ab
eodem acceptauerant. Hoc uero po-
stea cognoscentes ab eo purgantur
et ad ipsius fluminis ripam dirrigere
gressus incipiunt ut ad pontem ua-
leant applicare. Sed attende: quia
nullo modo sufficit ambulare solum
modo cum seruili timore: quia purga-
re domum a spurcitia peccati mor-
talis non implendo uirtutibus eius
in amore fundatis et non tamen in timo-
re non sufficit ad uitam eternam. Oportet
ergo quod hos duos pedes apponat
in primo gradu pontis: uel culpe di-
splicentiam cum pene timore et uir-
tutis amorem atque desiderium. Hi
sunt duo pedes qui batulant animas
in affectum mee ueritatis: uel unige-
niti filii mei de quo uobis feci pon-
tem. Iste primus est gradus quem
ascendere debetis quamuis iste qua-
si generalis modus est quem obser-
uant homines a seculo recedentes: quia pri-
mo formidine pene mouentur quam amo-
re uirtutis atque iustitie: quia ueratio-
nes et tribulationes quas a mundo
sustinent aliqui faciunt homines ex quo-
dam angustioso tedio sibi metipsis
importabiles: unde sumunt ualde
displicentiam. Si autem exercebunt
huiusmodi timorem uirtuose eius lu-
mine fidei peruenient ad amorem
uirtutum. Sed aliqui sunt qui cum
tanto tempore procedunt quod in cose-
pe recidunt. Nam ex quo perueni-

Tractatus.

runt ad fluuij ripam attēdentes atq; sentientes ventos eis contrarios illiduntur ab vndis huius procello si maris vite presentis. Si occurrat eis ventus prosperitatis anteq̃ ex negligentia sua gradus primū ascēderint: v3 cum affectu suo z cū amore virtutis ipsi retrocedunt iterum ad mundi delicias cum amore sicut prius inordinato se conuertentes. Et si tali ventus aduersitatis occurrat ipse retrocedit ex impatientia: qz non odit culpam suam ex offensa mihi facta: sed ex timore proprie pene qua se considerat ex culpa sua fore puniendum. Cum isto nanq; timore seruilium cum vomitu peccatorum inceperat a vita sua pristina resurgere: sed omnis virtus vult habere perseverantiam. Quisquis vero virtuose viuendo perseverare non curat peruenire non potest ad effectum sui desiderij: nec ad illum finē propter quem incepit. Expedit ergo perseverare si peruenire desiderat. Dixi tibi q̃ isti retrocedūt a bono proposito prout eis aliqui cōtrarij motus occurrunt: vnde molestiam habeant: vel a semetipsis: vel a sensualitate propria contra spiritum impugnantem: vel ex parte creaturarum: v3 cum eas inordinate diligit extra me siue cum impatienter portat iniuriam ab aliquo sibi factam vel ex parte demonum cum eū varijs temptationibus infestant. Etiam aliquando facta sua contemere videntur vt ad confusionem adducant homini dicentes. Ista bona que facere cepisti nihil omnino tibi

prosumt propter innumera peccata tua. Et hec aduersari⁹ ait vt homo retrocedat z omittat agere bonum illud exercitium quod inceperat. Et aliquando temptat homines ad interitum adducere cum presumptiue misericordie mee dicēs. Quare vis tantum in hoc exercitio laborare. Gaudeas in vita presenti cuius iocunditate postmodum in fine vite tue poteris humiliter adco misericordiam exposcere z indubitater obtinebis. Et isto modo diabol⁹ iuxta posse conatur: vt ipsi perdant illum timorem cum quo ceperāt. his igitur z alijs q̃ pluribus aduersarijbus z occurrentibus eis acilime retrocedunt eo q̃ nō sunt in sancto proposito constantes neq; perseverantes. Et hoc accidit eis eo q̃ gradus amoris proprij non est ab eis auulsa prout expedit. Ideo non perseverant: imo valde presumūt ultra q̃ debeāt de spe misericordie mee multum inordinate non sicut oportet sed velut ignorantes atq; presumptuosi sperant in misericordia mea quam ingiter offendunt. Ego non differo misericordiam hominibus vt ipsi cum ea me semper offendāt. sed vt cum ea ipsi se tueri valeant a malitia diaboli z ab inordinata cōfusione mentis. Ipsi vero frequentissime faciunt oppositum: qz cum brachio misericordie mee grauiter offendunt. Et hoc eis accidit eo q̃ mutationem primam virtuose non exercuerunt: sed cum timore solummodo pene necnon z a spina multarum angustiarum atq; tribulatio-

Secundus.

nū impu! si surrere a miseria mortaliū offensarum. Unde se non aliter emendantes et ererentes non pueniunt ad amorem virtutū et ideo in perseverantia defecerūt. Anima quippe stare non valet immobilis v3 in vno statu. vnde necessarium ē ipsas procedere siue retrocedere veluti nauicula que ducitur contra cursum fluij decurrentis. Ita q̄ isti n̄ procedendo virtuosē relinquentes imperfectionez huiusmodi timoris nec ad amores festinantes oportet q̄ omnino retrocedant.

Qualiter h̄ anima multuz amaricata fuit ex illorum cecitate qui in flumine mergebantur. *Cap. I.*

Tunc hec anima cum ingenti desiderio anxia suas et aliquorum attendens imperfectionem afflictione magna cruciabat in corde videndo pariter et audiendo tantam in homine cecitatem: attendendo precipue q̄ diuina bonitas obstacula cuncta que possent impedire salutem eius ab eo remouerat: et in quocunq; statu persistere vellet: inuenire gratiam dei poterat qua mediante cuncta redundabant in bonum et ad exercitium: experimentū ac augmentum virtutis. Et nihilominus his non obstantibus ipsa plurimos aspiciebat ex amore proprio et inordinato affectu voluntarie transire per flumen. Et q̄ se nō emendabant videbat eos in ignem aperte precipitari. Aliqui tamē erāt ibi qui retrocedere festinabant ex

causa quam audierat a dulcissimo bonitate dei qui dignat⁹ fuerat: ita gratiose manifestare seipm ei. Erat igitur ex his amaro corde. Firmavit insuper oculus intellectus in patrem eternum et ait. O amor ineffabilis et inextimabilis cuius grandi cecitate creature tue se decipiunt. Sed obsecro si bonitati tue placet q̄ apertius exponere mihi digneris illos tres gradus in corpore dilectissimi filij tui significatos. Et qui modus est habendus ad ercundum ex toto de flumine ac etiaz qui sunt illi qui scalam ascendunt.

Quomodo tres gradus in ponte figurati: v3 in filio dei significāt tres potentias anime. *Cap. II.*

O Juina vero bōitas oculo misericordie sue respiciens illi anime desiderium ita famelicū ait. Amabilis atq; carissima filia nunq̄ ego contemno: imo gratanter accepto scā desideria: q̄re tibi vclara decrui: hec q̄ petisti. Tibi declarari potes de figura trium graduum et q̄ etiam tibi dicam qui modus teneri debet: vt erentes a flumine potem ascendere possitis. Et quantum ego supra narrando tibi cecitatem hominum et vnde procedebat eorū vitanda deceptio et quomodo veluti martires demonum: in vita presentis arram inferni gustabant: post modum vero percipiebant eternā damnationem in fructum operationum iniquarum. Illo tunc exp̄ si tibi modum quem ipsi tenere de-

Tractatus.

bebant: nunc autem apertius ostendat tuo desiderio satisfaciendo. Tu nosti quod omnia mala fundata sunt in amore proprio et inordinato et inde trahunt originem qui amor est velut una obscura nubes que priuat hominem lumine rationis: que ratio continet in se lumen vere fidei: nec unum amittitur absque reliquo. In similitudinem meam exhibendo sibi memoriam intellectum et voluntates. Intellectus vero nobilior pars est anime. Intellectus ipse mouetur ab affectu: intellectus vero nutritur affectum. Manus autem amoris: vix affectus implet memoriam beneficiorum a me gratis sibi concessorum: ita ut iugiter in me delectetur. Quorum affectuosa memoria facit eum sollicitum atque gratum et omnino vitare facit hominem esse negligentem et ingratum. Per hunc ergo modum una potentia contribuit alteri: et ita nutritur anima semper in vita gratie. Non enim potest anima viuere sine amore: sed semper optat aliquid amare quam ex amore condita fuit. Nam ipsam ex amore purissimo creauit et ideo tibi dixi superius intellectum ab affectu moueri quasi dicens. Ego diligerem volo quod tibi ex quo nutritus est amor. Tunc intellectus ab affectu se percipiens excitari surgit quasi dicens. Ego dabo tibi si vis amare quid amare salubrius valeas. Et illico consurgens attente considerat anime dignitatem in qua creata fuit: ac indignitatem in qua ex culpa sua uenit. Indigni-

tate quidem essentie sue gustat in extimabilem bonitatem atque caritatem increatam qua fuit a me creata: suam vero miseriam attendendo gustat ineffabilem misericordiam meam quam ex paterna misericordia prestiti sibi tempus ad penitentiam atque de tenebris eam extrahi. Tunc affectus amoris pascitur et nutritur et accipiens os desiderii sancti comedit odium atque displicentiam proprie sensualitatis humilitate profunda peruncta cum vera patientia quam ab odio sancto trahit. Virtutibus vero conceptis imperfecte piuntur atque perfecte secundum quod anima perfectionem exercet in semetipsa sicut inferius aperte tibi pandam. Sic e converso si sensitius affectus mouetur ad amandum solummodo sensibilia tunc oculus intellectus ad illa mouetur atque transitorio modo cum amore proprio sibi proponit in obiectum cum displicentia virtutum et amore vitiorum: unde superbiam et impatientiam attrahit. Memoria vero non implet nisi transitorio modo que sibi poterit affectus. Sic amor pessimus obseruauit oculum qui non videt neque discernit aliquid apte nisi cum quadam obfusata claritate. Que claritas obfusata consistit in eo quod quocumque videt intellectus: et affectus amat cum quadam claritate siue specie boni siue delectationis: quod si non esset hec apparentia boni homo non offenderet: quod naturaliter homo non appetit nisi bonum. Itaque vitium amoris atque colore boni proprii coloratur: et ideo culpa committitur. Quam igitur oculus ex

Secundus

obfuscatione sua minime discernit neque veritatem agnoscit ex hoc errat querendo bonum atque delicias ubi non sunt. Jam. n. patefecit tibi quod delicie mundi sunt absque me: spine pungentes atque venenose ita quod intellectus in sua visione fallitur et voluntas in diligendo: quod diligit ea que non debet amare. Similiter etiam in retinendo memoria fallitur. Intellectus. n. agit veluti latro agere solet aliena rapiendo. Et ita memoria recordatur eorum que sunt extra me. hoc ergo modo prouatur anima gratia. Tanta est unitas: vel unio trium istarum anime potentiarum quod una me non offendit absque reliquis quam una porrigit alteri bonum siue malum: ut arbitrio libero placet sicut ex precedentibus aperte colligere potuisti. Liberum hoc arbitrium est affectui colligatum et ideo mouet illum: ut ei placet aliquando cum lumine rationis aliquando sine tali lumine. Vos habetis in me rationem alligatam in quantum amor inordinatus arbitrio libero mediante non diuidat atque precipitat. Et in vobis habetis legem peruersam que quotidie contra spiritum impugnat. In vobis ergo due partes existunt vix sensualitas atque ratio. Sensualitas omnino seruire debet anime te: circo vobis est a mea bonitate concessa ut ipso corpore mediante probetis et in vobis virtutes exerceatis. Anima vobis libera est: nam a culpa liberata fuit in sanguine dilectissimi filii mei neque potest in seruitutem redigi nisi sponte consenserit.

Voluntas autem est libero arbitrio colligata et ipsam liberum arbitrium voluntati semper unitur: et cum ea concordat. Immediato namque consistit inter sensualitatem atque rationem: et ad utramque partem: ut ei placuerit vertere se libere potest: vel inclinare. Verum quando vult anima manu liberum arbitrium suas potentias in nomine meo congregare sicut iam dixi: tunc opera cuncta spiritualia: vix atque temporalia que creatura facit ordinata sunt: et aggregata et illo tunc liberum arbitrium a propria sensualitate soluitur et virtuose rationi connectitur. Et ego per gratiam in eorum medio consisto. Et hoc est quod veritas incarnata voluit exprimeri dicens. Ubi duo siue tres congregati fuerint in nomine meo ego ero in medio eorum. Et ita verum est. Ego iam dixi tibi quod nemo poterat ad me venire ubi per eum. Ideo factus est humano generi pons cum tribus gradibus. Qui gradus tres anime status apertissime figurant: ut infra patebit.

Quo si antedictae tres anime potentie non sunt unite non potest homo perseverantia sine qua nullus ad suum terminum peruenire poterit. **Capitulum.**

Trium graduum figuram in genere tibi significavi dixi tres anime potentias que similitudinarie tres apparerent esse scale. Nec aliquis ascendere potest unam absque reliquis volendo transire per pontem atque doctrinam unigeniti filii mei. Nec anima potest habere perseverantiam nisi tres

Tractatus.

has potentias vnitas habuerit in se: de qua perseverantia tibi supra dixi q̄ absq̄ illa nemo poterat ad suum terminum peruenire. duo nā q̄ termini sunt et vterq̄ perseverantiam erigit: v3 virtus et vitium. Qui vult ad vitam attingere perseverare debet in virtute. Si quis vero vellet eternaliter igne cruciari perseverare potest in vitio. Itaq̄ cum sancta perseverantia pervenitur ad me qui sum eterna vita. Et econverso cum perseverantia pervenitur ad aquam mortuam cum demonio gustandam.

Expositio illius verbi yeshu christi. Si quis sitit veniat ad me et bibat. *Capit. lxxij.*

Uos oēs estis a veritate mea particulariter atq̄ generaliter inuitati cum anrio desiderio clamabat in templo filius meus dicens. Si quis sitit veniat ad me et bibat: quia suus fons aque viventis. Non enim dixit vada ad patrem et bibat: sed ait veniat ad me. Quare dixit ita. Quia in me patre nulla potest esse sine cadere pena: sed in dilectissimo filio meo sic. Vos vero dum estis in vita mortali viatores atq̄ peregrini non potestis absq̄ pena transire: quia terra propter inobedientiam ad se spinas humano generi germinavit ut iam dictum est. Sed quare dixit veniat ad me et bibat. Quia sectantes doctrinam eius et vestigia: siue per vias communis caritatis: v3 observando mandata eius actualiter et consilia mentaliter vel ambulando per viam perfecte caritatis: v3 actualiter observando ma-

data patris et consilia quocumque modo perveneritis ad ipsum inveniatis habundantissime quid potare possitis: inveniētes atq̄ gustantes fructum pretiosi sanguinis eius ex unione nature divine in humana natura unite. Cum autem estis in eo repperitis vos et in me consistere qui mare sum valde pacificum quoniam ipse mecum et ego secum unum sumus. Indubitanter igitur estis inuitati sicut dictum est: ad fontem aque viventis divine gratie. Sed vos o3 omnino per ipsum habere transitum veluti per salutiferum pontem vestrum cum sancta perseverantia: ita quod occasione spine cuiuscumque tribulationis: vel aduersitatis siue prosperitatis a sancto proposito nullo modo retrocedatis vni quocumque perveniat ad me qui do fidelibus meis aquam vivam quam vobis habundantissime dare promitto dulcissimo verbo filio meo glorioso mediate. Sed quare dixit. Ego sum fons aque vive. Quoniam ipse fuit et est ille fons qui me continebat qui vivam aquam exhibeo cunctis amicis meis. Sed ideo dixit veniat ad me et bibat quoniam in me nullo modo pena cadere potest et vos absq̄ pena nullatenus pertransire potestis. Ideo vobis potestatem ex ipso constitui ut per eum solum ad me venire possitis illesi. Et ita dixit ipsa veritas in evangelio. Nemo venit ad patrem nisi per me quod vniquodque verissimum est. Jam ergo vidisti viam per quam vos o3 ambulare vna cum modo quem tenere debetis: v3 cum iugi perseverantia. Nam alio mo-

Secundus.

do bibere non possētis: nec ad aquā viuam perueniretis: qz sola persecutio corona gloriose victoriae coronabit a me qui sum omne bonū.

Quem moduz tenere debent homines vt exī de pelago possint illi si z transire per pontem. Capi. lviij.

N presentī resūmo narrantuz de tribus gradibus quos vos oꝝ ascendere si cupitis in fluuio nō imergēz ad aquam viuam illesi peruenire ad quam ita dulciter inuita mini: z vt ego quottidie sim in medio vestri. Quia tunc in itinere vestro sum in medio quiescendo: vꝫ gratiam in animabus vestris. Oꝝ igitur hanc viam ambulare cupētes habere sitim: qz solummodo sitiētes inuitant euz dicitur. Si quis sitit veniat ad me z bibat. Qui vero minime sitit in itinere non perstiterat: sed ambulare desistit: aut occasione laboris: vel occasiōe delectationis alicuius. Et obmittit vas habere secuz in quo possit haurire: nec est ei cure societatem habere euz, tamen solus ambulare nō queat. Et id retrocedit quando sentit aliquaruz angustiarum sine tribulationuz aculeos: illas. n. abhorret. Timet etiam quando solus est. si. n. associatus esset proculdubio non timeret. Insuper si tres illos gradus ascendisset verissime securus esset eo qz associatus esset. Oꝝ ergo vos habere sitim z congregatos esse. Quare veritas incarnata dixit. Ubi duo fuerint: vel tres: vel etiam plures i no-

mine meo congregati zc. Sed propter quid dixit. Ubi fuerint duo: vel tres? Quia duo minime sūt absqz tribus neqz tres absqz duobus: neqz tres sine duo absqz pluribus. Unus est exclusus: qz non suꝫ in medio sui pro eo qz aliquem secum secum habere noluit vt in medio stare posset z ideo reducitur ad nihilum. Nam ille qui consistit i amore proprio sui solus ē atqz separatus a gratia mea priuatus etiam sui proximi caritate. Cuz igitur ex culpa sua exclusus sit a me merito gratia mea priuatus redigitur in nihilum: qz solus ego sum ille qui sum. Igitur vnus ille qui priuatus caritate fraterna solus in amore proprio consistit non est auctoritate mea computatus: neqz mihi acceptus. Aut ergo. Ubi fuerit duo sine tres vel plures in nomine meo congregati in medio eorum sum. Dixi tibi qz duo non erant absqz tribus neqz tres absqz duobus z ita verum est. Tu nosti qz precepta legis i duobus tantummodo pēdent sine quibus nullum aliud obseruari potest vꝫ vt homo super omnia deuz ex toto corde diligat z proximum tanqz seipsum. Sic omnino consistit omnium mandatoruz diuine legis principuz: medium atqz finis. Ita duo non possunt in nomine meo congregari sine tribus: vꝫ absqz trium anime potentiarum aggregatione que sunt memoria intellectus z voluntas. vꝫ vt memoria iugiter in se retineat habundantiam beneficiorum meorum z inextimabilem bonitatem meam in se. Intellectus vero diligē-

Tractatus.

ter attendat amorem ineffabilem quem humano generi porro atque demon/stranti mediantem dilectissimo filio meo quem in obiectum intellectus oculo collocaui ut in eo consideret ignem diuine caritatis. Voluntas etiam insimul aggregatur: ut me diligat et affectuoso desiderio peroptet qui sum omne bonum: et omnium finis optabilis. His ergo tribus animae potentibus insimul aggregatis. ego sum per gratiam in medio. Et quia tunc homo se repletus inuenit veram caritatem meam: pariter et proximi sui subito societatem inuenit verarum virtutum. Tunc ad sitiendum appetitus animae se disponit sitiendo: ut virtutes veras: et honorem meum atque salutem animarum extincta fidei quorumcumque corporalium atque temporalium. Et ita primum gradum ascendens valde secure graditur absque timore quocumque seruit. Postquam affectum suum expoliavit amore proprio supra semetipsum ascendit et super vniuersa transitoria. mundi res et diuitias amando atque possidendo si sibi retinere placet iuxta beneplacitum voluntatis mee non absque me: ut cum sancto timore pariter et amore virtutum. Tunc vero se reperit ascendisse gradum secundum: ut ad lumen intellectus quo diligentissime speculatur: et attendit amorem excessivum atque cordialem quem vobis apertissime demonstraui dilectissimo filio meo Iesu Christo mediantem. In hoc autem gradu secundo quietem atque pacem inuenit eo quod memoria non est vacua: sed plena cari-

tate mea. Tu nescis quod vas vacuum quando percussitur ab aliquo resonat. Simili modo quando memoria cum lumine intellectus repletur amore vero licet exagitetur a tribulationibus vnde cumque perueniant: non resonat per impatientiam: vel si deliciis vite presentis alliciatur in ordinato gaudio nullo modo dissoluitur quam anima mea per gratiam habet qui suus esse bonum et causa felicissime replent. Postquam autem ascendit hos gradus in congregatione sancta se reperit: quia si ratio possideat hos tres gradus trium potentiarum animae congregatae sunt in nomine meo. Congregatis illis duobus qui sunt amor mei: et primi et aggregata memoria ut me retineat et intellectu ut videat: et voluntate ut amet anima se reperit optime sociatam: quia sum vbi cumque secum: exhibendo sibi fortitudinem atque securitatem. Et ita reperit societatem virtutum: et isto modo securissime procedit: quia sum in medio tunc illarum. Post hoc illico mouetur animo desiderio sitiendo viam veritatis per quam inuenit inuentis aque fontem habundantissimum. Propter huiusmodi sitim quam habet honoris mei: et salutis animae suae et proximi sui viam inuenire et perambulare desiderat: quia sine via peruenire nequiret. Ideo solite vadit: et ambulando secum affert vas cordis vacuum omni affectu et amore quolibet inordinato vite presentis. Et illico quia vacuum est impletur: quia non est dare vacuum. Unde siquid aliqua re materialiter vacuum est impletur aere. Si-

Secundus.

mili modo eor est vnum vas qd nullo modo vacuum esse potest: sed extractis inde rebus transitorijs per amorem inordinatum illico replet aere: v3 amore celestiu atq3 diuino cum quo peruenit ad aquaz gratie. Postq3 aut attigerit p manua yesu christi crucisiri ptransit in me mar pacificum vbi repperit aquam viuam qua iugiter habundantissime sitiendo potatur.

Repetitio sumatim aliquorum iam dictorum.

Cap. lv.

Nunc aperte tibi monstram modum que generaliter omnis homo tenere v3 ad exeundū de pelago ne suffocetur in eo vnde postea perueniat ad eterna supplicia. Ostendi quoq3 tibi tres gradus in generali qui sunt tres anime potentie quoz homo nō valet vnū ascendere sine reliquis. Itē verbū incarnate veritatis explant cū ait. vbi fuerint duo sine tres pgregat^o zc. qualiter ista congregatio est anime triū potentiarum atq3 trium graduum predictorum vna cū concordia duorum principallum preceptorū legis v3 dilectionis dei atq3 primi. Post q3 vero homo huiusmodi scalā ascendit in nomine meo facta congregatione salubri prout iam supra dixi subito sicut aquam viuam: vnde sollicite transit per pontem: v3 vltim atq3 doctrinam incarnate veritatis.

tatis. i. yesu christi filij mei de quo feci ponte in humano generi. Tunc illesi securissime curitis post vocem eius vos inuitantis cum in templo clamabat. Si quis sitit veniat ad me z bibat: quia sum fons aque viue. Manifesteci tibi quid ipse dicere volebat atq3 sicut intelligi debet vt apertius agnoscentes habundantiam excellentissime caritatis mee z confusibilem cecitatem illorum qui videntur auiditate magna currentes ambulare per viam demonum eos ad aquam mortuam atq3 mortiferam inuitantium. Nunc audisti z ordinate vidisti declarationes eorum de quibus a me petisti: videlicet de modo tenendo ne quis in flumine submergatur: hoc ē ascendendo per pontem per supradictos gradus vt supra seriose dictum est. Et iste modus est ille quem omnes in quocunq3 statu fueritis in vita vestra tenere debetis. Unde nemo se potest excusare dicens. Ista facere nequeo: quia status in quo sum omnino mihi contradicit siue propter uxorem siue propter filios: aut huius mundi prospera vel aduersa nemo legitimam inuenire potest excusationem: quia iam tibi dixi q3 in omni statu quicunq3 seruat bonam in se voluntatem valde mihi placet z acceptus est in conspectu meo. Quonia omnia facta sunt a me qui sum eterna bonitas neq3 sunt vobis a me concessa: vt inde mortem incuratis: imo potius: vt vitam vobis inueniatis. Quod

Tractatus.

n. a vobis exigo lenissimum est. Nil. n. est agilius neq; tante dulcedinis atq; consolationis vt est amor: ego solum a vobis amorem exquiro v3 vt me pariter 2 proximim affe-
etuose diligatis. Hoc itaq; fieri potest omni tempore: in omni loco 2 i-
quocunq; statu quisq; fuerit etiam amando quecunq; possidet atq; te-
nere voluerit ad laudem 2 gloriam nominis mei voluntate sancta 2 or-
dinata. Recordar me tibi dixisse qd illi qui sine lumine vadunt amorem proprium induentes ista creata pos-
fidendo sine me se damnabiliter esse fundatos inueniunt: 2 sibi metipsis importabiles cruciati cu3 multo labore in vita presenti pertransiunt. Et nisi se corrigant vt iam dictum e ad eterna supplicia deducuntur. Aperte nunc exposui tibi generaliter qui modus a quolibet homine tenendus est.

Quomodo deus ostendit hunc animam q; tres gradus pontis in particulari signantur per tres anime status. *Cap. lvi.*

Quia supradixi qualiter ambulare debent illi qui morantur in caritate comuni: v3 obseruantes actualiter precepta consilia vero mentaliter nunc pandere tibi proposui de his qui scalas ascendere ceperunt 2 ambulare desiderant via vere perfectionis: v3 actualiter obseruando precepta pariter 2 omnia consilia. Insuper aperiam in particulari tres gradus atq; status ani-

me cu3 tribus illis gradibus de quibus in genere tibi dixi pro tribus anime potentis intelligendis quorum vnus est imperfectus alter est perfectus alius vero perfectissimus. *Unus* est mihi seruus mercenarius: alius est mihi seruus fidelis: alius est mihi filius: qz me diligit in veritate sine respectu sui. Isti sunt tres anime status qui possunt in q; pluribus etiam in eadem persona. In eadem persona possunt esse quando cum perfecta sollicitudine currit per viam suam exercendo tempus ita q; a seruii statu perueniat ad liberalem 2 a liberali ad filialem. Super temet ipsam igitur exurgens aperit oculum intellectus 2 attende peregrinos atq; viatores istos quomodo transiunt aliqui cum imperfectione: aliqui vero cum perfectione seruantes in vita sua precepta: quidam alij perfectissime seruando precepta pariter 2 consilia. Tunc. n. aperte cognosces vnde procedit imperfectio: 2 vnde perfectio: 2 quantum fraudem anima recipit in semetipsa: quia radix amoris proprii non est adhuc curata. Necessarium est. n. in quocunq; statu quem tenuerit homo vt occidat in se penitus hunc amorem proprium ita pestiferum.

Quomodo h anima deuota respiciens in diuino speculo creaturas videbat varijs ambulare modis. *Cap. lvij.*

Tunc h anima succensa desiderio multum anxia se speculans

Secundus.

In dilectissimo speculo diuino creaturas
varijs vijs atq; modis ambulat vt
debat atq; diuersis respectibus: vt
ad ipsarum finem peruenire vale-
rent. Quosdam aspiciebat incipiē-
tes ascendere quodam timore serui-
li eos impugnante: v3 penam pro-
prium abhorrentes atq; formidan-
tes. Multos etia3 videbat vocatio-
nem primam exercentes virtuose:
vnde perueniebant ad perfectionē.
Paucissimos vero cōsiderabat ad
maximam venire perfectionem.

Quod timor seruilis sine dilectō-
ne virtutum non sufficit vitz eter-
nam impendere. Et q; lex antiqua
timoris 7 noua lex amoris in simul
sunt vnite.

Caap. lviij.

Tunc eterna dei bonitas vo-
lens huius anime desiderio sa-
tisfacere dixit. Attende diligenter
istos qui cum seruilī timore dereli-
querunt mortalium peccatorum ab-
hominations nisi surgant atq; pro-
cedant cum amore virtutum: iste ser-
uilis timor ad vitam eternam exhi-
bendam nullo modo sufficit. Amor
vero cum sancto timore bene suffici-
ens ē. Lex. n. fundatur in amore pa-
riter 7 i sancto timore. Lex. n. timo-
ris erat antiqua lex quam exhibui
moisi. Hec in timore solūmodo fun-
data fuit eo q; illico cōmissa culpa
punitio sequebatur. Lex vero noua
per vnigenitum meum verbum in
carnatus exhibita in amore funda-

tur. Tamen attēde q; per huiusmo-
di nouam legem minime soluitur:
vel irritatur antiqua: sed impletur.
Ita dixit ipsa veritas incarnata: q;
non venerat in mundum soluere le-
gem: sed adimplere. Vniuit ergo le-
gem amoris cum lege timoris. Ab-
stulit antiq; legi pene timoris imp-
fectionem solūmodo remanente
timore sancto: v3 a peccatis 7 offen-
sionibus abstinendo non ex confide-
ratione pene que sequatur: imo so-
lum amore mei ne sim offensus qui
sum eterna bonitas. Itaq; vet⁹ lex
imperfecta habuit a noua lege per-
fectionem amoris ex quo venit vni-
genitus filius meus qui venit ve-
lut igneus currus ignee mee carita-
tis vniuersum orbem accendere. Igitur
ex habundantia diuine miseri-
cordie fuit ablata siue dilata pena
culparum que frequentissime per-
petrantur: q; v3 non indilate puni-
untur ipso facto quo cōmittuntur:
vt in antiqua lege moisi fuerat ordi-
natum. Non expedit ergo vobis ha-
bere timorem huiusmodi seruilem.
Neq; tamen omittitur qui iuste cul-
pa puniatur: q; reseruatur in futu-
ra vita punienda cum anima sepa-
ta fuerit a corpore nisi quis in pre-
senti satisfaciatur cum sancta confes-
sione: cōtritione cordis atq; debita
satisfactione. Dum homo viuit ha-
bet habundantissime nunc tempus
ipso vero mortuo erit ei tempus lu-
stite. Quilibet ergo virtuose debet
ab isto timore seruilī consurgere 7
ad amorem attingere cum sancto ti-

Tractatus.

more mei. Alias absq; remedio precipitaretur in flumē aduenientib⁹ vndis aduersitatum siue spinis spaliū consolationū que recte spine vocari dnt eo q; animaz eius eructando pungunt qui possidet eas z amat inordinate.

Qualiter existens in gradu timoris primo peruenire potest ad gradum amoris qui secundus est.

Capit. lviij.

Ibi iam dicit q; nemo poterat erire de flumine proceloso: z ambulare per pontes nisi tres illos gradus ascenderit: z ita veruz d' quos aliqui ascendunt imperfecte aliqui perfecte: quidaz vero perfectissime. Isti qui mouentur a timore seruilī ascenderūt quidē z aggregati sunt imperfecte. Nam anima considerādo penam que sequitur post culpaz aggregat in se memoriā: vt ab ea reminiscētiā vitiōz extrahat. Et intellectum vt videat penam ex culpa sua debitam: z ideo voluntas mouetur ad odiū aduersus eam. Et quauis iste sit primus atq; cōmunis assensus z cōgregatio: tamē oportet exercere virtuosē cum lumine intellectus z illuminata pupilla sanctissime fidei considerādo non solummodo penam suam: imo fructum virtutum z amorem affectuosum quem ad homines habeo: vt cū amore filiali procedant: z ascēdāt pedibus affect⁹ anime timorem seruilem exuendo. Si facient ista mihi

serui fideles efficientur: z non infideles mihi seruientes ex amore sincero: z non ex timore seruilī. Si vero cū odio sancto conabuntur enclere amorem propriū ab anima radicatus: si fuerint virtuosē prudentes constantes z perseverantes vere poterunt illuc attingere. Multimi vero sunt quorum assensus atq; principium est cui tanta z tali negligētia tepore mentis z ignorantia q; illico deficiunt. Quilibet ventus quantumcunq; parvus ad velā ire compellit z eos ab icepta via retrocedere facit. quoniam imperfecte primum gradum ascenderūt iesu christi crucifixi. Et ideo non attingunt ad gradum secundum: v3 ad cor.

De imperfectiōne seruientū deo sine diligentium ex vtilitate siue cōsolatione propria.

Capit. lx.

Aliqui vero sunt effecti serui fideles: quia videlicet mihi fidelissime seruiunt absq; timore seruilī nō seruientes timore pene: sed amore iustitię. Amor iste quando respectu proprie consolationis: vel vtilitatis oriretur esset imperfectus. Nis apte cognoscere: q; amor huiusmodi profanum est imperfectus. Quando priuate sunt ipsarum consolatione quam in me repperiebant amor ille minime perseverat: imo tepescit: z aliquando deficit. Et hoc etiam imperfecto amore proximum suum diligit. Erga me tepescit amor ille qm

Secundus.

do volens aliquando seruum, meum
in virtutibus exercere propter uti-
litatem ipsius ut ab imperfectione re-
surgat: ego subtrahō consolationem
quam habere solebat in me permit-
tens ei molestias atq; diuersa bella
pro ut expedire cognosco et est de vo-
luntate mea. Et hec ita permitto: ut
ad sui notitiam veniat et aperte se re-
cognoscat omnino nihil a semetipso
posse ac ut in tpe tepestatis atq; bello-
rum huiusmodi recursum habeat ad
me cum humilitate me querens at-
q; recognoscens me esse benefactorem
et adiutorem eius. Et ad hoc ego tri-
buo sine retrahō consolationem: sed
non gratiam meam. Tales autem
tunc tempore tepescunt in amore re-
trocedentes cum in patientia men-
tis. Quandoq; multis modis exer-
citia sancta que solebant agere di-
mittunt: etiam aliquando sub colo-
re virtutis in corde suo dicentes. Hec
operatio tibi nullius est valoris ex
quo nullam inde recipis utilitatem
sive consolationem in mente tua. Qui
cumq; dicit ita facit velut imperfe-
ctus qui panem amoris proprii spi-
ritualis a pupilla oculi sanctissime
fidei non ammonuit adhuc: quia si pa-
nem illum ammuisset aperte vide-
ret qd hec omnia procedunt a me: in-
mo neq; solum arboris absq; prou-
dentia mea cadit. Et omnia quecum-
q; concedo sine permitto seruis et ami-
cis meis do propter eorum sanctifi-
cationem: ut v3 habeant illum sine
ad quem eos creavi. Hoc. n. aperte
dnt intelligendo cognoscere qd opto

bonum atq; salutem ipsi. 213 In san-
guine dilectissimi filij mei vbi lo-
sunt ab omnibus iniquitatibus eor-
um. In quo sanguine manifeste co-
gnoscere possunt veritatem meam.
Nam ut haberent vitam eternam
eos ad ymaginem meam valde gra-
tiose creavi postmodum autem ip-
sos filios adoptiuos ad gratiam in
sanguine filij mei vniuersi recrea-
ui. Sed quoniam ipsi sunt imperfe-
cti seruiunt ex utilitate propria: et
caritate proximi tepescunt. Primi
retrocedunt atq; deficiunt ex timo-
re volentes effugere penam. Isti ve-
ro secundi tepescunt in amore pro-
ximi subtrahentes utilitatem quam
ei facere solebant si se priuatos vide-
rint utilitate siue consolatione quam
recipere solebant. Et eis accidit quo-
niam amor eorum non erat verus:
neq; purus: sed imperfectus. Nam
cum imperfectione qua me diligunt
etiam amant proximum: videlicet
ex utilitate propria. Et nisi recogno-
scant imperfectionem propriam cum
auaritate perfectionis impossibile:
videtur qd ipsi non retrocedant. Igitur
expedit omnino volentibus ha-
bere vitam eternam: ut absq; utili-
tatis proprie respectu diligant. Non
ergo sufficit vitare peccatum formi-
dine pene: vel amplecti virtutes in-
tuitu proprie utilitatis ad vitam
eternam acquirendam: sed expedit
vitare peccata: qd mihi displicent: et
amare virtutes intuitu et amore mei.
verum est qd quasi generalis est ista
prima vocatio peccatorum ad peni-

Tractatus.

tentiam eo q̄ anima prius est imp/fecta q̄ perfecta. Et ab imperfectio/ ne procedere v̄z ad perfectionē: vel in vita dum ei tempus adest: v̄z vir/ tuose viuendo corde sincero atq; li/ berali diligēdo me sine respectu sine utilitatis: vel in morte saltem agno/ scendo suam imperfectionem cum proposito q̄ si superuixerit mihi ser/ uiet absq; sui respectu. Hac imper/fecta dilectione amabat petrus ve/ sum vnigenitum meum valde sin/ cere sentiendo dulcedinem conuer/ sationis ipsius. Sed adueniente tē/ pore tribulationis omnino defecit et non solummodo tunc vitay pro ip/ so: vt asseruit nō exposuit verum eti/ am ad tantum inconueniens dedu/ ctus est q̄ ex formidine pene tūc eū etiam iuramento negauit asserens eum nullatenus agnouisse. Anima que scapas istas ascēdit solummodo cum timore seruili et amore merce/ nario proculdubio deducitur ad in/ conuenientia multa: v̄z ergo surge/ re ab his imperfectionibus suis et tā q̄ verus fili⁹ seruire mihi fideliter absq; respectu sui. Ego vero remun/erator: omnium exercitiorum que sunt ex amore mei retribuo vnici⁹ q̄ iuste s̄m gradum ac exercitium suum. Et si tales exercitium oratio/ nis et aliorum bonorum operum vir/ tuose prosequantur iugiter augumē/ tando virtutes in se peruenient ad filialem amorem et ego diligam eos amore paterno: qm̄ ego diligentes me diligo illo amore quo diligo ab eis: v̄z si diligo ab aliquo sicut ser/

nus dominum suum diligit: et ego tanq; dominus ei retribuo prout in/ ste promeruit: sed meipsum tali nō manifesto: qz secreta solum amico fi/ deli pandunt qui factus est ex amo/ re cordiali vnuz cū amico suo. Quā q̄ iste seruus amorem et virtutem su/ am erga dominum suum augumē/ tare pōt ita q̄ amicus efficietur val/ de precipuus: ita cōtingit huiusmo/ di seruis meis. Dū. n. in amore mer/ cenario cōmorantur: ego meipsum eis non manifesto: si vero euz dispi/ centia imperfectionis eoz et amo/ re virtutum cum odio sancto radi/ cem amoris proprii spiritualis per/ uerfi atq; venenati realiter euulse/ rint ab animo et ascendēdo super cō/ scientie sedem sibimet iustitiaz ege/ rint: ita q̄ motus i corde seruilis ti/ moris et amoris m̄. mercenarij sine cor/ rectione non transeant: et illos cum lumine sanctissime fidei puniāt: ita faciendo mihi valde placebūt et ex/ inde peruenient ad amorem amici. Et ita manifestabo meipsum eis p̄ ut veritas incarnata virit. Qui di/ ligit me diliget a patre meo et ego diligam eum: et ei manifestabo me/ ipsam et faciemus mansionem in/ m̄. h̄ est conditio amicorum qui se inuicem in veritate diligunt: quia sunt duo corpora: sed anima vna p̄ affectuz amoris atq; sincere dilectio/ nis. Nam amor vnit atq; se transfor/ mat in creaturā siue rem que diligitur. Si ē igitur vna tñ anima duo/ bus amicis nullum in vno pōtēst eē secretum quod alterum aliquo mo/

Secundus.

do lateat. Et ideo dixit veritas incarnata. Veniemus ad eum et mansio-
nem apud eum faciemus: et ita ve-
rum est.

Quomodo deus manifestat seip-
sum anime diligenti eum: Et quare
christus non dixit manifestabo pa-
trem: sed meipsum. Capit. lxi.

Scis in qualiter in anima que
me diligit in veritate mani-
festo meipsum quando virtuose do-
ctrinam incarnati verbi dilectissimi
filij mei sequit. Multis modis uti-
que virtutem meam anime patefacio
patet eius desiderium exquirat. **P**ri-
cipue tamen tres in ea manifestatio-
nes facio. **P**rima quidem est quod ei
patefacio meam sincerissime caritatis
affectum unigenito filio meo dilectis-
simo mediante: qui caritatis affectus
apertissime manifestatur in pretio-
so sanguine suo qui fuit effusus in cru-
ce in cruce cum inextinguibili cari-
tatis ardore. **I**sta quippe caritas du-
plici modo manifestatur. Unus est ge-
neralis et omnibus communis: ut eis
qui morantur in caritate communi.
Eis itaque manifestatur attendendo
et probando caritatem meam in mul-
tis et variis gratiis quas a me recipi-
unt. **A**lius modus est particularis
illis tantummodo qui sunt iam effe-
cti amici ultra manifestationem an-
te dicte communis caritatis quam agno-
scunt: gustant et experiuntur per sen-
sum in animabus eorum. **S**ecunda
manifestatio caritatis est etiam in
eisdem quibus me patefacio per gu-

stum et affectum amoris: non quod in me
sit acceptio personarum: immo sancta
desideria libenter accepto: sed in ani-
ma meipsum manifesto in ea perfe-
ctione cum qua me querit. **N**am ali-
quando manifesto me sibi prebendo
spiritum prophetie monstrando si-
bi futura diversis atque variis modis
prout ego nouero vel anime proprie
vel creaturis alijs expedire. **T**ertia
vero manifestatio fit aliquando for-
mando presentiam incarnate veri-
tatis: ut unigeniti filij mei multis
modis in anima prout eius desiderium
appetit. **N**am aliquando me que-
rit in oratione volens agnoscere po-
tentiam meam: et ego sibi satisfactio
ita quod virtutem meam in se gustat et
experitur. **A**liquando me querit in
sapientia filij mei: et ego sibi satisfa-
ctio: illum ponendo per obiectum
oculo intellectus eius. **Q**uandoque
me querit in clementia spiritus san-
cti: tunc vero bonitas mea facit eam
gustare ignem ardentissime carita-
tis diuine ubi concipit virtutes va-
rietas atque reales in caritate purissi-
ma proximi sui fundatas.

Quare christus non dixit ego ma-
nifestatio patrem: sed dixit me ip-
sum. Capit. lxi.

Uides igitur unigenitum di-
lectissimum filium meum ve-
ritatem dixisse cum ait. Si quis me
dixerit erit unum mecum: quia do-
ctrinam eius in veritate sectantes
estis unum secum ex amoris affectu:
et ita per consequens estis etiam uni-

Tractatus.

ti mecum: nam vnum sumus ego et ipse. Et ita manifestabo me vobis: quia sumus vnum: vnde manifestabo se: me quoque manifestabit et conuerso. Sed quare non ait: ego manifestabo patrem meum vobis. Ita quidem ait in euangelio triplici respectu. Vnus quidem est: quia propalare voluit quod inter me et ipsum nulla separatio esse potest. Unde beato philippo dicenti: ostende nobis patrem: et sufficit nobis ait. Qui me videt et patrem videt et conuerso. Hoc ita dixit quoniam est vnum mecum: et id quod habet indubitanter habet a me non ego ab ipso. Ideo dixit iudeis. Doctrina mea non est mea: sed est patris mei qui me misit: quod filius ipse genitus est a me non ego ab ipso: sed vnum uerbum est et ego secum. Ideo non ait ego manifestabo patrem: imo dixit ego manifestabo me: quod vnum sumus cum patre. Secundus vero respectus est quod manifestando se vobis non aliud ostendebat quod id quod a me patre suo receperat quasi dicens. Pater manifestauit aperte se mihi: quod secum vnum sumus: et ego manifestabo me patris et ipsius vobis mediante me ipso. Tertius quoque respectus est quoniam ego sum invisibilis et a vobis visibilibus videri non valeo nisi postquam a corpore separati fueritis. Tunc videre me poteritis facie ad faciem atque verbum. id est filium meum vniuersum intellectualiter: versus ad tempus vestre resurrectionis cum humanitas vestra conformabitur atque delectabitur in humanitate ipsius verbi sicut iam tibi dixi. Non ergo me

nunc videre potestis in essentia mea. Quare velavi diuinam naturam velamine vestre mortalis humanitatis: ut illam videre possetis: exhibendo vobis verbum: versus filium meum ita velatum cum qua me vobis ipse manifestat. Ergo non ait: ego manifestabo patrem: sed ait ego manifestabo me vobis. Quasi dicat. Ut accepi a patre meo manifestabo me vobis. Itaque vides quod in ista manifestatione manifestando se me quoque manifestat. Insup audisti quare non ait ego manifestabo patrem vobis: versus quod nullo modo potestis in corpore mortali meam essentiam intueri sicut dictum est et quoniam ipse mecum est vnum.

Qualiter anima post assensum primi gradus ipsius potentis studet ascendere ad secundum. Capitulum lxxij.

Nunc aperte comprehendere potuisti excellentiam illius quoniam iam ad amorem amici peruenit. Iste iam ascendit pedes affectus et ad cordis occulta peruenit: versus ad gradum secundum trium graduum qui figurati sunt in corpore filii mei. Dixi prius illos esse figuratos in tribus aere potentibus: nunc vero pono significare tres aere statum. Sed antequam ad tertium gradum explanandum accedam volo monstrare qualiter attingit: ut amicus efficeret: et cum fuerit amicus effectus: effectus est filius versus ad amorem filialem attingendo. Et quid agit amicus effectus et quomodo cognoscit apte quod amicus sit effectus. Primo tibi dicam quomodo peruenit: ut et

Secundus.

set amicus. Ipse nāq; prius ipsect⁹ erat in timore seruili p̄sistēs. Exerce^{do} hō se virtuosē cū p̄seuerātia sancta puenit ad amozē quēdā sine delectationis siue p̄prie utilitatis quā i me reppit. Hec ē vīa p̄ quā ille trāsit qui puenire desiderat ad amozē p̄fectū: v3 amici atq; filialē. Noueris amozē filialē esse p̄fectū: nam in amozē filiali recipit hereditatem a me sūmo z eterno p̄re. Et quā amoz filij nō ē absq; dilectione amici tibi dicit q̄ ex amico scūs ē fili⁹. S3 quē habuit in se modū: vt illuc attingeret. Dico tibi. Oīs virtus z oīs p̄fectio p̄cedit ex caritate: caritas aut ab humilitate nutrit: z humilitas a notitia z odio sancto sui: v3 p̄prie sensualitatis. Huc attingentē oportet oīo p̄seueranter in cella notitiē sui cōmorari. In qua sui notitiā cognoscet in sanguine dilectissimi filij mei misericordiā meā attrahēdo cū affectu suo diuinā caritatē meā ad se sugier extirpādo quālibet voluntatē p̄prie z p̄uersam sp̄italem atq; t̄palem a corde suo. Et h̄itare cū humilitate studeat i domo notitiē sui p̄ ut egit apostolus petrus qui postq̄ iesum filiū meū abnegauerat latitādo fletit amare: s3 illo t̄pe planctus eius erat ipsectus z quotidiē fuit ipsect⁹ vsq; ad p̄tecostē. Postq̄. n. vnigenitus filius meus ad me rediit s̄m humanitatē assumptam apostoli cum alijs amicis meis i domo se clauerūt aduētū sancti sp̄itus expectātes iusta p̄missa veritate incarnate. Clausi quidē erāt ex timore: qz donec aīa ad amozem v̄p̄

attingat quotidiē timet. Illi hō p̄seuerātes i humili z p̄tina oratiōe post modū habūdātia h̄uerūt sp̄us sc̄i. Tū timore quocūq; sublato publice p̄dicauerūt p̄fecte sequētes vestigia ȳhu xp̄i crucifixi. Similit̄ aīa q̄ puenire desiderat ad p̄fectionem ex quo post culpā ab iniquitate sua surrexit illa re cognita formidie pene cū amaro corde deplorat. Postea hō p̄surgit attedēdo misericordiā meā. S3 vt illā attiger factā ad p̄fectionē iterpollatim ab ea me subtraho nō p̄ grām: s3 p̄ sensū: qz me n̄ sentit i se. Hoc v̄itas incarnata patefecit vobis quā discipulis ait. Ego ibo z ad vos itez veniā. Oīa q̄ dicebat illis i p̄ticulari ēt ab oīb⁹ p̄ntib⁹ atq; futuris itelligi d̄nt. Dixit igitur: ego ibo: z ad vos itez veniā: z ita fuit. U3 sp̄u sc̄o sup discipulos veniēte ipse quoq; v̄it. Jā. n. ego dixi supra qz sp̄us pacis nō v̄it sol⁹: imo v̄it cū potētia mea: z cū sapientia dilectissimi filij mei qui mecum ē vnū: z cū clemētia eiusdē sp̄us sc̄i a me p̄cedent̄ z ab ipso filio meo. Similit̄ mō dico tibi: qz vt aīa surgat ab imperfectione sua me subtraho: qz non h̄z neq; sentit in se pristinā p̄solationē. Quā iacebat i culpa peccati mortalis ipsa discessit a me: tūc ego grām subtrahi ab ea p̄p̄ eius culpā qz sancti desiderij clauerat ianuam: vnde sole gratie priuata fuit non ex defectu solis: s3 ex defectu peccatoris qui ianuam desiderij p̄tra solē clauerat. Recognoscendo vero semetipsuz atq; tenebras suas app̄tendo fenestrā euomendo putredinem peccatorū i

Tractatus.

sancta et humiliter confessione: tunc ad animam indilate eius gratia redeo. Sed aliquando ab ea me subtrahō non per gratiam: sed solummodo per sensum ut iam dixi. Hoc autem ita facio ut humilietur et ut exercitius sanctum assumat in veritate querēdo me: et ut probetur in lumine fidei et perueniat ad prudentiam. Tunc homo si diligit absque respectu sui et cum fide viva et cum odio sancto sui letatur et exultat in tempore laborum se reputans indignam habere pacem atque mentis quietem. Et hoc est secunda res ex tribus de quibus tibi dixi ut ostendere qualiter ad perfectionem attingat et quid agit postquam attingerit. Hoc est enim quod agit: quod quoniam anima sentiat quod ab ea me subtraxerim: non tamen ullo modo retrocedit: imo quotidie perseverat humiliter in exercitio sancto suo reclusa persistens in domo noticie sue proprie ubi cum fide viva prestolatur adventum sancti spiritus: ut me qui sum ignis ardentissime caritatis. Ibi quod non expectat occidere: sed in vigilia et oratione sancta et continua: et non solum cum vigilia corporali: sed etiam intellectuali. Quia ut oculi intellectus iugiter est apertus: quia eius lumine fidei vigilat ad extirpandum a corde cogitationes inutiles: attendendo diligenter mee caritatis affectum ubi cognoscet aperte: quia nihil aliud volo ex eo nisi sanctificationem eius. Et hoc indubitantissime: per in sanguine dilectissimi filii mei. Cum scitur oculus vigilat in cogitatione sui atque mei semper orat

oratione bone atque sancte voluntatis et hoc est oratio continua. Quod etiam actualiter: ut in ordinato tempore per sanctam ecclesiam ordinato et constituto. Et hoc est quod agit anima que discessit ab imperfectione. Et ut ad illam attingeret. ideo me subtrahi non per gratiam: sed per sentimentum. Etiam ab ea me subtrahi: ut humiliter suum defectum agnosceret: quod videndo se privatam consolatione mea: si sentit in se penas afflictivam atque debilem: neque virtuosa stabilitate perseverare posse reperit immediate post hoc in se radicem spiritualis amoris proprii: unde materiam habet agnoscendi suam imperfectionem. Et exurgere debet illico supra semetipsam atque supra sedem conscientie sue: sedendo corripere debet huiusmodi sentimentum nec illud impune pertransire permittat: sed cum improposito enelat a corde radicem amoris proprii cum gladio bicipiti: ut ipsius amoris odio et amore virtutum.

Quomodo deum imperfecte diligens etiam proximum imperfecte diligit et de signis huius imperfecti amoris.

Capitulum lxxiiij.

Tem volo te nosce quod omnis imperfectio siue imperfectio manifestatur et acquiritur in me. Similiter modo manifestatur: et acquiritur proximo mediante. Simpliciter hoc experiuntur: quod frequenter amant aliquos amore spirituali. Unde si mei dilectionem pure sine respectu

Secundus.

Qui recipiunt & habent etiam amo-
rem proximi pure bibunt. Sicut ac-
cidit vasculo quod impletur in fon-
te si foras extrahitur: & ita foris ex-
eo bibitur indubitater euacuatur.
si vero bibitur in fonte non euacua-
tur: imo quotidie plenu e: sic amor
proximi spiritualis & temporalis de-
bet in me bibi sine respectu proprie
comoditatis. A vobis. n. exigo qd me
diligatis ea dilectione que vos: ego
diligio. Hoc vero mihi reddere non
valetis: qd vos amari non amatus
a vobis. Quis amor vester erga me
non est ex gratia: sed ex debito. Nam
estis obligati me diligere. Ego vero
diligio vos ex gratia non ex debito.
Ergo mihi reddere non valetis huc
amorem quem a vobis exigo ideo
vobis assignavi proximum vestrum
vt ei faciatis ea que mihi facere no-
potestis: v3 vt cum gratiose diliga-
tis absq; respectu proprie utilitatis
sue comoditatis. Et ego repento mi-
hi facta quecumq; facitis illi. Hoc
aperte veritas incarnata demonstra-
uit cui paulo psequenti dixit. Sau-
le. Saule quid me persequeris: hoc
ita dixit imputando sibi factam p-
secutionem quas irrogabat discipu-
lis suis. Itaq; talis amor omnio d3
esse purus. Et cu eodem amore quo
me diligitis etiam proximum ama-
re debetis. Nunquid filia mea no-
sti propter quid nescitur illum im-
perfectum esse qui diligit hoc amo-
re spirituali: Si sentit in se penam
afflictiva quando sibi videtur crea-
turam quam ita diligit amori non
satisfacere indicando se no diligi qd

tum videtur ei diligere: sine quan-
d priuatur conuersatione sine con-
solatione sua sine quando videt ali-
um diligi plusq; se. Ad hoc & ad alia
plurima ppendi potest qd hic amor
tam in me qd in proximo suo imper-
fectus adhuc esse manifeste copro-
batur & qd vasculum huius amoris
bibitur extra fontem quantum amo-
rem a me prius attraxit. Sed quo-
niam imperfecte me diligebat etiam
imperfectum amorem ostendit illi
quem hoc amore spirituali diligit.
Et hoc absq; dubio pcedit eo quia
radix amoris proprii spiritualis a
corde non erat in totum euulsa. Et
ideo permitto frequenter: vt aliquis
hoc amore diligit aliquam creatu-
ram: vt hoc ipso semetipsum agno-
scat atq; suam imperfectionem. In-
terdum insuper ab anima me sub-
traho non per gratiam sed per sen-
sum: vt se reducat in domo notitie
sue: vbi perfectionem omnium vir-
tutum acquirat. Ego vero postea re-
deo cum maiori lumine atq; notitia
mee veritatis instantius qd posse tru-
cidare propriam voluntatem amo-
re mei ad gratiam singularem im-
putat. Ingiter etiam putare studet
vineam anime sue spinas inutilium
cogitationum euellendo lapides vir-
tutum edificando fundatos i san-
guine iesu christi crucifixi quos in-
uenit eundo per pontem ipsius ye-
su christi dilectissimi filij mei prout
iaz tibi dixi si meministi qd sup pon-
te: v3 super doctrina mee veritatis
lapides erant in sanguinis virtute
fundati. Nam exhibent virtutes vs

Tractatus.

bis: vitam in virtute pretiosi sanguinis eius.

De modo quem anima tenere debet: ut ad amorem purum atque liberalem perveniat. Et incipit orationis tractatus. Capit. lxx.

Postquam introierit anima transcendendo per doctrinam Iesu Christi crucifixi eum amore vero virtutum: et odio vitiorum cum sancta perseverantia deveniens ad domum notitiae suae vilitatis atque fragilitatis inclusam permanet in vigilia: et oratione continua penitus ab omni seculari conversatione separata: quae se claudit ex timore cognoscens imperfectiorem suam: et ex desiderio perveniendi ad amorem purum atque liberalem. Et quia prudenter agnoscit quod alio modo liberari non valet ideo pressolatur vincta fidei membra ad adventum praesentis augmentum in se gratiae suae. Sed in quo vincta fides agnoscitur: In perseverantia virtutum: nullo tempore retrocedendo per occurrentiam quomodocumque: vel undecumque proveniant: nec etiam orationem sanctam committere debet aliqua causa statim tempore nisi propter obedientiam: vel caritatem expressam. Aliter ab oratione discedere non debet. Quia frequenter orationis ordinato tempore diabolus amplius animam infestare conatur cum suis variis fantasmatibus atque molestiis quae extra tempus orationis. Hoc autem agit: ut oratio sancta orantis tedium generet interduz in mente sua dicens. hec dicit

tibi nihil omnino tibi prodest: quia non debes alia cogitare: nec aliud attendere quam ad ea quae dicis. Hoc adversarius oranti persuadet: ut perveniat ad tedium et ad mentis confusionem et committat orationis exercitium quod est velud armatura fortissima cum qua se viriliter anima defendit ab omnibus adversariis eius: quando tenetur cum amoris affectuosi manu et eius brachio liberum arbitrium: tunc virtuose pugnat in armatura praedicta cum lumine sanctae fidei.

Qualiter anima pervenire debet ab oratione vocali ad mentalem. Recitatur etiam una visio per hanc animam habita. Capit. lxxvi.

Alia carissima noviter quae in oratione humiliter continua et fideliter cum vera perseverantia lacrat anima perfectionem et omnem virtutem. Et ideo dicitur in ea plene fieri: et nihil illud committere pro adversantia quae sine praedicta ad illusionem: vel a fragilitate propter: vel ex cogitationibus invidiis: vel a carnali motu corporis inordinato: vel pro inutilia verba cuiuscumque creature. Diabolus enim aliquando sollicitat aliquem ad loquendum: ut orationem impediat. Hoc omnia postergat dicitur cum sancta perseverantia. Quod est est aie dulcis atque preciosa mihi gratia talis oratio quae fit in domo notitiae propriae humilitatis atque vilitatis et in agnitione meae bonitatis oculum intellectus aperiendo cum lumine scissime fidei et cum affectu meae caritatis habundantiae. Quae caritas vobis sancta est visio

Secundus.

bilis in unigenito visibili filio meo dilectissimo quam vobis aptissime demonstravit in pretioso sanguine suo. Qui sanguis animam inebriat et induit eam igne divine caritatis et prebendo ei hunc venerandi sacramenti quod ego in apostolica matris sancte matris ecclesie collocavi: videlicet corpus et sanguinem unigeniti filii mei qui est vere deus et homo. Quod ordinavi ministrandum per manus vicarii mei qui claves habet huius pretiosi sanguinis. Hec est apotheca in qua tibi supra dixi quam super potentem struxeram et collocaveram ex qua cibum assumeret atque confortaretur viatores et peregrini transcentes per doctrinam veritatis incarnate ne per infirmitatem in via deficiant. Iste cibus confortat modicum atque satis iuxta desiderium assumptis quoties modo sumatur: vel virtualiter: vel sacramentaliter. Sumitur enim sacramentaliter quando quis actualiter accipit hostiam consecratam a sacerdote. Virtualiter autem intelligitur quando quis solummodo ex desiderio sancto comedit ex aviditate comens: ac est ex consideratione patris et devotione sanguinis ihesu christi crucifixi ubi reperit affectum excessivae caritatis eius quam degustavit: et agnovit in sanguine quem attendit effusum cum ineffabili caritate divina. Et ideo succenditur ibi cum sancto desiderio et inebriatur atque satiatur animam inveniundo plenam caritatem meam divinam pariter et proximi sui. Hec autem ubi acquisivit. In domo notitiae sui cum oratione sancta ubi perdidit imperfectionem sicut apostolus petrus et alii discipuli reclusi stantes in domo cum

vigilia et oratione perdidit imperfectionem et ibi perfectionem adepti sunt: videlicet cum perseverantia confidita cum lumine sanctissime fidei. Sed existimare noli quod tantus ardorem atque nutrimentum ab hac oratione recipiat ille qui solummodo cum oratione vocali procedit prout anime multe faciunt quarum oratio potius est in verbis quam in affectu cordis que non videtur ad aliud attendere nisi ut expleant numerum aliquorum psalmodiarum: vel orationum aliarum et expleto numero quem in corde proposuerunt ultra cogitare non videtur. Evidenter apparet ipsos affectum et intentionem ad orationem solummodo vocalem apposuisse. Sed ita procedere non oportet: quia nisi faciant aliud ultra modicum fructum ex hoc haberent mihi quoque modicum esset acceptum. Si vero petas: utrum haec oratio vocalis dimitti debeat: quia non videtur omnino esse tractos ad orationem mentalem: Non sed prudenter et ordinato modo procedendum est. Nam optime novum quod sicut anima prius est imperfecta quam perfecta: sic est etiam oratio sua. Debet ergo ne transeat occiose cum adhuc est imperfecta cum oratione vocali procedere vel inchoare: tamen addendo mentales orationes iuxta posse: videlicet dum verba ore profert mentem eius in affectum excellentissime caritatis mee dirigere conetur: et eleuare eam confidente ratione generali: peccatorum suorum atque sanguinis unigeniti filii mei: ubi reperiet habundantiam mee caritatis ineffabilem atque

Tractatus.

remissionem omnium peccatorum eius. Hoc autem ideo facere debet ut in sui notitia et suorum defectuum consideratione faciat eam intelligere bonitatem meam in se et cum vera humilitate faciat animam ipsam in suo sancto exercitio perseverare. Nolo tamen ipsos defectus in particulari ab orante considerare: sed in generali: ne mens inquinetur siue contaminetur in recordatione particularium atque turpium peccatorum. Insuper admoneo quod homines non acceptent siue retineant in se considerationem solummodo peccatorum siue in generali: vel in particulari siue consideratione atque memoria sanguinis: et magnitudinis divine misericordie: ut inde non veniant in confusionem. Quia si notitia sui et consideratio peccatorum non consideretur cum memoria sanguinis atque misericordie permanerent homines in confusione sua. Et cum ipsa simul: et adversario demone qui sub colore contritionis: et displicentie peccatorum. eos adduxit in eam ultimo pertingerent ad eternam damnationem non solummodo propter hoc: sed quoniam inde venirent ad desperationem nisi cum lumine fidei misericordie mee brachium assumerent. Et advertite: quod ista est valde subtilis: et magna fraus cum qua diabolus etiam servos meos irrere sine decipere conatur. Et ideo propter utilitatem vestram atque diaboli fraudem evitandam: et ut in conspectu meo sitis accepti oportet quod iugiter affectum et animam vestram ampli-

ando dilatetis ad considerandam: et amplectendam ineffabilem misericordiam meam cum vera humilitate. Nosti namque quod superbia diaboli sustinere nullo modo potest humilitatem anime: neque sua confusio mee bonitatis amplitudinem in meam atque caritatem in quantum anima speret in me. Unde si meministi quando diabolus te prosternere sine decipere volebat ex confusione volens ostendere tibi quod vita tua fraudulenta fuisset et non in veritate neque te sine voluntatem meam ambulasse: tu fecisti quod utique facere debuisti: et ut bonitas mea te docuit quod quippe bonitas alieni vere petenti non denegatur: ut humiliter elevando mentem ad misericordiam meam dicens. Ego confiteor aperte creatori meo quod vita mea quotidie fuit in tenebris: tamen ego latitabo fideliter in plagis iesu christi crucifixi: et in sanguine suo pretioso maculas omnium iniquitatum mearum ablui et cum sancto desiderio gaudebo iugiter in creatore meo. Nosti quod indilate diabolus aufugit. Postea vero cum alia vice rediret volendo te per superbiam in altum elevare dicens: Tu es perfecta deo valde placens: unde non expedit: ut ulterius affligendo te peccata tua: quia sunt abluta deprobes. Tu vidisti viam per quam ambulare debebas: ut ego te docui: ut humilando te respondi tui temptatori demonio dicens. Johannes baptista nunc offendit et in ventre matris a deo sanctificatus est et nihilominus tantam peniten-

Secundus.

riam egit: ego vero miserabilis plena tot iniquitatibus adhuc incipere neglexi: vel paruam agere penitentiam: vel ipsum agnoscere creatorem atque dominum meum in gemitu: et contritione cordis: attente considerando quis est deus qui a me sic fuerit offensus: et qualis ego sum iugiter ipsum offendens. Tunc ipse diabolus humilitatem anime tue sustinere non valens: neque spem in bonitate mea conceptam tibi dixit. Tu sis a deo maledicta: quod modum in te reperire nequeo. Si te per confusionem in infimis de primis: et tu per misericordie diuine spem in altum erigeris: et si te ponere conor in altum: et tu te metipsam ad infima de primis: descendens etiam in infernum ex humilitate: insuper etiam in inferno me persequeris. Uterius igitur ad te non veniam eo quod dure me percussit valido baculo caritatis. Ergo debet anima notitiam excellentissime bonitatis mee condire cum sui notitia: et econuerso notitiam fragilitatis et vilitatis sue cum notitia mee bonitatis. Et isto modo vocalis oratio utilis erit anime sic oranti mihi quoque valde placebit. Et ab hac vocali oratione imperfecta cum exercitio sancto perseverando perueniet ad mentalem orationem perfectam. Sed si voluerit ita simpliciter omnino perficere numerum suum in mente sua dispositum: vel si propter orationem vocalem dimitteret orationem mentalem: a via perueniendi nimis errat. Occurrit aliquando quod anima eius tanta procedit ignorantia. quod ex

quo concepit in mente sua quosdam psalmos: vel aliquid quotiens orationem dominicam voce repetere visitabo gratiose mentem eius modo per unam viam modo per aliam. Quandoque cum uno lumine vere notitie sui cum inusitata contritione peccatorum suorum quandoque cum amplitudine diuine caritatis immense: quandoque ponendo menti sue diuersimode prout mihi placet: vel ipsa desiderat unigeniti filii mei presentiam in obiectum. Ipsa tamen ignorans anima visitationem meam quam in se percipit omnino derelinquit: ut numerum quem in corde disposuit explere possit quasi faciendo sibi conscientiam imperfectum numerum illum dimittere quem ceperat. Non debet igitur ita facere: quod patenter a demonio fraudaretur et illudere ita faciendo. Sed illico sentiendo mentem ex visitatione mea dispositam: orationem vocalem dimittere debet postea se tractata mentali si ei valeat ea que sibi proposuerat perficere poterit. Si vero commode non valet: ad tedium sine mentis confusionem adduci nullo modo debet: et sic ordinate procedet. Excepto diuino officio ad quod omnes clerici atque religiosi ex debito sunt obligati usque ad mortes: quod si non persoluerent illud indubitanter offenderent. Et si tempore quo persolvere debet illud eleuari: vel attrahi mentem ex desiderio sentirent sibi prouidere vult: horam preueniendo: vel saltem postea subsequendo ita quod officium debitum nullatenus dimittatur. De singulis

Tractatus

alijs orationib⁹ anima debet ichoa-
re vocaliter: vt attingere possit ad
orationem mentalem: quam oratione
vocalem omittere debet quando p-
cipit a me visitari sicut sa dixi. Nec
vocalis oratio facta sicut e expssus
attinget & adducet ad perfectione.
mentum quotidie me possident in mente sua. Et quāto magis delectationem habere contempserunt eligentes et optantes propter me penā habere magis priuati sunt omni pena, et delectationem suauissimam inuenerunt. Et hoc accidit: quia sunt in mee caritatis ardore succensi et igniti ubi voluntas eorum, est omnino consumpta: quare diabolus valde metuit baculum caritatis ipsorum. Ideo sagittas suas iactat a remota nec audet eis adherere. Mundus vero percutit exteriorē corticem eorum, putans eos offendere sed ipse ab eis offenditur: quia sagitta que non inuenit ubi possit intrare illico redit ad sagittatē. Ita mundus operatur cum sagittis iniuriarum persecutionum atque murmurati: num suarū sagittare volens istos perfectissimos seruos meos: sed eis nocere non valet. Nam ortus animarum eorum est valde clausus et non inuenit ubi possit intrare. Ideo sagitta redit ad eum qui sagittauit veneno culpe venenata: seruos autem et amicos meos nullo modo ledere potest. Et si forte modicum in corpore ledat animam vero vel in minimo ledere non potest. imo beata simul et dolorosa consistit. Beata quidem est propter unionem et affectum caritatis quam habet in se: dolorosa vero propter offensam proximi sui. Isti sequuntur agnum immaculatum unigenitum filium meum qui cum esset in cruce beatus erat atque dolorosus. Beatus erat quia natura diuina unita cum humana natu-

ra penam in nullo sustinere poterat et semper animam eius beatam efficiebat absque velamine se demonstrando sibi. Dolorosus autem erat eo quia crucem in corpore suo portabat penam amarissimam tollerando atque desiderij crucem: ut pro culpa satisfacere: humane generationis. Ideo beatus erat atque dolorosus eo quia caro penam habebat veritas vero penam habere nequebat: nec etiam anima quantum ad superiorē partem intellectus. Sic isti dilectissimi filij mei postquam ad tertium et quartum gradum attigerunt dolorosi sunt crucē tollerantes actualem atque mentalem: vix actualiter in corpore suo tollerando penas: ut eis ego permitto simul et crucem desiderij doloris: vix et amaritudinis ex offensione mea et animarum detrimento. Beati quoque sunt eo quia illa delectatio et dilectio caritatis ab eis auferri nullo modo potest que procul dubio illos beatificat: unde recipiunt in se gaudium et beatitudinem. Et ideo dolor iste non est affligitius qui deficit, vel affligat animam: sed impinguatius qui vix facit animam impinguare in affectu caritatis: quia pene virtutem augent atque fortificant et virtutum operantur experientiam. Itaque pena talibus est impinguans et non affligens eo quia nulla pena siue dolor animarum huiusmodi ab igne caritatis amouere potest ut apparet in titione qui totus est ignitus et in fornace consumptus quem nemo potest manu contingere pro extinguendo: quia totus factus

Secundus.

est ignis. Sic istas animas in forma
te mee caritatis ignitas eo qd ex eis
nihil extra me remanet: v3 nulla p
pria voluntas: sed omnino totaliter
in me succense sunt & ignite: nullus
caperi potest: nec illas a gratia mea
dinellere qd facte sunt vnite mecum
& ego cum eis. Nec vnq3 ab eis ego
me subtraho per sensum: imo quoti
tidie mens eorum in se me possidet
atq3 sentit. Non. n. accidit eis prout
alqs de quibus iam tibi dixi qd ibas
& redibam discedens & subtrahens
me ab eis non per gratiam: sed per
sentimentum. Et hoc agebam vt ipsi
pertingerent ad perfectione. Id est
q3 autem statum perfectionis atti
gerunt ab eis aufero ludum amo
ris: v3 eundi & redendi qui vocat
amoris ludus. Nam ex amore disce
do siue me subtraho & ex amore po
stea redeo. Non ego proprie: quoni
am ego sum deus vester immobilis
qui non mutor: sed ille sensus quem
in anima mea caritas exhibet e ille
qui vadit & redit.

Quomodo deus ab his perfectis
simis nunq3 discedit per gratia: nec
per sensum.

Capit. lxxix.

Et sequitur glo. Ray. confessoris. s.
Nota qd iste status e ille in quo erat
ista benedicta virgo caterina de se
nis: vt oculi nri viderut aptissime.

Oxi qd ab his perfectissimis
nunq3 per sensum me subtra
ho tamen aliquo modo me subtra
ho quoniam anima que adhuc est i
corpore ligata sufficere nullo modo

potest in se recipere fugiter vnione
illam quam in anima facte. Et ideo
qd non sufficit aliquando me subtra
ho non per gratiam neq3 per sensum
sed per vnionem. Nam erigentes
huiusmodi anime cum arrio deside
rio velocissime eurentes virtuose p
pontem doctrine yesu christi cruci
firi perueniunt ad ianuas mensis
earu in me lenantes madefacte san
guine: pariter & ebrie: igne caritatis
ex vite gustant in me delectationem eter
nam. Id est. n. illis vnus mare pa
cificum vbi fecit anima tanta vnio
nem qd illa mens omnino nullu mo
tum habet nisi solum in me. Et exi
stens in statu mortalium in verita
te gustat bonum in mortalium. Et
existens in corpore ponderoso habet
agilitatem sine leuitatem spiritus:
vnde frequentissime corpus eleuat
a terra propter vnionem perfectay
quam anima fecit in me: quasi gra
uedo corporis iam haberet in se vo
tem agilitatis quaz in vita durabi
li sancti possident. Tamen huiusmo
di corpus non caret grauedine siue
ponderositate sua: sed vnio qua ani
ma fec. i me pfectior est q3 fit vnio
que consistit inter anima & huiusmo
di corpus. Et ideo propter violenti
am spiritus ascendens & in me ta
liter vniri eleuat a terra granedo
corporis. Corpus vero manet i sen
sibile sine viribus ex toto quasi lace
ratum ab affectu spiritus in tantu
qd sicut ipsa vere percepisti no esset
in vita corporali possibile viuere ni
si mea bonitas noua fortitudine cir
cularet. Quare volo te nosce qd val

Tractatus.

de maius miraculum est in hac unio-
ne q̄ anima non separatur a corpo-
re suo q̄ videre suscitari plura cor-
pora mortuorum. Et ideo quandoq̄
me subtraho per unionem faciens
animam ad vasculum sui corporis ab
hac unione redire: v̄t vt sensus cor-
poris qui totus alienatus erat per
affectum anime redeat ad proprium
sensum siue sentimentum. Non q̄ ani-
ma totaliter a corpore sepetur: quo-
niam hoc in morte solummodo fit.
sed anime potentie viscedunt p̄pter
amorem unitum in me: vnde memo-
ria solummodo de me se repletam i-
uenit. Intellectus eleuatur solummo-
do speculando mee veritatis obie-
ctum. Affectus vero qui sequitur i-
tellectum amat illud quod intelle-
ctus vidit: et unitur cum illo. Con-
gregatis igitur: et unitis in simul his
tribus anime potentis et in me sub-
mersis atq̄ suffocatis corpus illico
perdit sensum suum. Nam oculus vi-
dendo non videt. Auris audiendo
non audit. Manus tangendo non
tangit. Lingua loquendo non loqui-
tur: nisi prout ex habundantia cor-
dis aliquando permitto lingue me-
bris eloqui: pro q̄ tali respiratione
vel ex alatione cordis et ad laudem
et gloriam mei nominis. Itaq̄ loque-
do non loquitur. Pedes ambulando
non ambulant. Omnia membra
sunt occupata pariter et ligata cum
ligamine atq̄ sensu dilectionis et amo-
ris. Unde sunt ita subdita rationi et
unita eius affectu anime q̄ quasi cō-
tra naturam suam vna voce clamant
ad me patrem eternum et optant ab

anima separari similiter et a corpo-
re separari viscederat anima. Et ideo
ingiter ante me eius apostolo iuda-
lo clamant. O infelix homo quis me
liberabit a corpore mortis huius. Vi-
deo aliam legem in membris meis
contradicentem legi mentis mee. Non
tantummodo paulus ita dicebat et
impugnacione carnis contra spiri-
tum: nam in verbo meo certificatus
fuerat cum audiuit. Iudaule sufficit
tibi gratia mea. Sed ideo dicebat:
q̄ se videbat in vasculo corporis esse
ligatumq̄ ad tempus eius impedi-
bat a visione mea: v̄t vsq̄ ad horam
mortis. Oculus erat ligatus et im-
peditus vt me trinitatem eternam
videre non posset visione beatorum
immortalium qui me quotidie lau-
dant: atq̄ glorificant meo nomini
benedicentes: imo se repperiebat in-
ter mortales qui me ingiter offēdūt
privatus visione mea beatifica: v̄t i-
essentia mea. Non q̄ ipse et alij serui
et amici mei non videant atq̄ degu-
stent me non quidem in essentia: sed
in affectu caritatis diuersis et variis
modis vt bōitati mee placet eis me
manifestare. Sed omnis visio quaz
habet anima de me dum est imorta-
li corpore nimis est valde tenebro-
sa respectu eius quam habet a cor-
pore separata. Itaq̄ paulo videba-
tur q̄ visio corporalis: et exterior im-
pediret et impugnaret visionem i-
terioriorem atq̄ spiritualem. Voluntas
ei videbatur ligata: quia nequibat
amare quantum amare peroptabat
quoniam omnis amor in vita p̄sen-
ti est imperfectus: vsq̄ quo perue-

Secundus.

verit ad suam perfectionem. Nō q̄
amor pauli: & aliorum seruatorū meo
rum imperfectus extiterit ad grati
am: & ad perfectionem vere carita
tis: q̄ proculdubio perfectus erat:
sed in hoc erat imperfectus eo q̄ in
amore suo facietate carebat quare
penam inde sentiebat. Si. n. eius de
siderium plenum extitisset eius q̄
amabat nullam inde penam habuis
set. Quoniam igitur amor in corpo
re mortali non habet perfecte quod
amat ex hoc affligitur. Cum autem
anima separata fuerit a corpore de
siderium impletur. ideo viligit abs
q̄ pena. Et licet plenissime facietur
valde: tamen est omne fastidium a
facietate remotus. Satiata famelicit
sed pena quelibet est a fame remo
ta. Nam anima cum a corpore sepa
rata fuerit vas eius habet utiq̄ ple
num in se sūma felicitate: & firma
tum atq̄ stabilitus: ita q̄ ipsa nihil
optare potest quam illico non habe
at. Desiderans videre me quotidie
me videt ad libit̄ am desiderans vi
dere gloriam atq̄ laudem nominis
in sanctis meis ipsa videt eam ultra
q̄ verbo possit ex primū tum in an
gelica natura: tum in humana.

Quomodo mundani deo grati
as reddūt velint nolint.

Cap. lxxx.

Quamvis beate tanta est visio
perfecta q̄ ne dum in ciuib⁹
existentibus in vita durabili: sed et
am i creaturis vite mortalis videt
laudet atq̄ gloriam nominis mei:

quia velit nolit iste mundus infim⁹
mihi gloriam exhibet verum est q̄
illam non exhibet eo modo quo de
bet & obligatur: amando me super
omnia. Sed ex parte mea recipio &
extrahō gloriam atq̄ laudem nomi
ni meo. Nam in hominibus relucet
habundantia caritatis atq̄ miseri
cordie mee dum eos ad penitentiam
expecto tempus eis accommodan
do. Neq̄ precipio vt pro eorum in
iquitatibus infernus: vel terra vi
nos eos absorbeat. Sed econuerso
terre precipio: vt eis de fructibus
eius habundanter exhibeat atq̄ so
li precipio: vt eos calore suo calefac
iat & illuminet. Celo quoq̄ precipio
vt ad eorum utilitatem atq̄ conser
uationem indefinēti motu circun
det orbem. Et in omnibus creaturis
quas ego pro eis creauit misericordi
am meam valde caritative diffun
do: nec illas ab eis volo subtrahere
non obstantibus iniquitatibus eo
rum. Immo concedo ita peccatori
bus sicut iustis: & etiam peccatori
bus aliquando habundantius q̄ in
sto pro eo q̄ iustus aptus est humili
liter: & cum patientia tollerare. Ideo
frequenter eorum volo priuare tempo
ralibus bonis: vt habundantius ei
retribuam bona celestia. Itaq̄ ca
ritatiua misericordia mea resplen
det in eis. Etiam aliquando in per
secutionibus quas amici mei su
stinent a seruis mundi. dum in eis
experitur virtus caritatis & patien
tie dum amici mei pro eis offerunt i
conspetu meo cōtinuas & humiles
oratiōes mihi resultat laus atq̄ glō

Tractatus.

ria: quibus persecutores ipsi respectum habeant in oppositum: v3 in velle/ cus atq; meum vituperium. Ego ta/ men velint nolint inde mihi glori/ am attraho.

Qualiter etiam demonia gloria deo reddunt atq; laudem licet inui/ si.
Capitulum lxxxii.

Lsti persecutores amicorum meo/ rum in vita presenti permanet ad augmentandam et exercendam virtutem ipsorum prout in inferno demonia faciunt veluti mei lictores iustitiam meam contra damnatos exercendos. In vita quoque presenti vitam augent viatoribus et peregrinis qui desiderant ad me peruenire felicem ipsorum terminum. Ipsi demones in causa sunt in illis augendi virtutem dum eos exercent cum multis molestiis atq; temptationibus variis modis: aliquando com/ mendo vnum contra alium iniurio/ se verbis et aliquando factis. Etiam arripiendo bona temporalia non propter ista temporalia: sed solum ut anime fraterna caritate priuentur. Sed vniuersus aduersarius ipse putat et optat eos caritate priuare fraterna ipse fortificat eos si ipsis experientia probando virtutem patientie: fortitudinis atq; perseverantie. Hoc ergo modo reddunt gloriam atq; laudem nomini meo. Et ita mea veritas in eis impletur quos ego creaueram in gloriam et laudem sancti mei nominis: et ut ipsi participet ineffabili bonitate mei patris eterni. Sed quia propter

pter eorum demonum superbiam aduersum me rebelles extiterunt a sua dignitate ceciderunt in abyssus visione mea priuati non exhibent mihi gloriam in dilectione caritatis. Ego vero veritas eterna posui eos veluti ministros ad exercendum in virtute seruos meos et veluti lictores eorum qui propter defectus eorum vadunt ad eternam damnationem ac etiam eorum qui deducuntur ad penas purgatorij. Itaque vides veritatem meam in eis impletam: quia v3 mihi gloriam exhibent: non tamen: ut eterne vite ciues qui priuati sunt propter iniquitates eorum: sed veluti lictores et iustitiarum mei patefaciendo per eos iustitiam meam super inimicos meos in inferno damnatos. Nec etiam super illos qui purgatorij penis adiudicati sunt.

Qualiter anima corpore soluta plene videt gloriam et laudem dei: qualiter in ea finita est pena desiderij: sed non desiderium.
Capitulum lxxxiii.

Postquam anima nudata fuerit a corpore et ad me finem suum aduenerit aperte videt et gustat gloriam et laudem nominis mei semper in omnibus creaturis que rationem habent in se: ac etiam in demonibus et in alijs quibuscumque creaturis. Ita pure videt et in suo visu veritatem agnoscit videndo me patrem eternum amplius amat: et amando satisfiat aut veritatem agnoscit. Agnoscendo veritatem voluntas eius in

Secundus.

Veritate mea firmata consistit. Et est ita ligata et firmitate tanta stabilitate quod in nullo discordare potest neque penam aliquam habere quoniam habet omnia quecumque desiderabat. De namque videre peroptabat et gloriam atque laudem nominis mei. hec omnia videt aperissime ac in veritate possidendo cognoscit: ut in sanctis meis et in beatis spiritibus angelicis et in omnibus aliis creaturis et etiam in demonibus ut dictum est. Et quamvis offensas peccatorum videat de quibus prius amare volebat: nunc vero nullum inde: vel aliunde quoquomodo dolorem habere potest: sed compassionem absque pena: peccatores ipsos amando et affectuosa caritate me iugiter exorando: ut ego mundo gratiose misericordiam impendam. In eis quidem est pena terminata et finita: sed minime caritas put accidit unigenito filio meo: quoniam in amarissima morte super cruce: pena cruciati desiderii quod ab initio cum ipsum in mundum transmissi: usque ad finem vite portaverat pro salute vestra finita fuit atque terminata: sed non fuit finitum vestre salutis desiderium. Quia si mee caritatis affectus quem vobis ipso mediante demonstravi fuisset in vobis finitus atque terminatus proculdubio non essetis: quoniam ex amore creati fuistis. Itaque certissime noveris quod si ex amore non conservarem vos in esse subito rediretis in nihilum. Sed ex amore creavi vos et idem amor vos in esse conservat. Ego sum unum cum unigenito filio meo et ipse mecum:

ideo finita est pena desiderii et non amor desiderii. Videt ergo quod omnes beati qui sunt in vita durabili salutem animarum exoptant absque pena: quia pena terminata est in morte ipsorum: sed non affectus vere caritatis: imo tanquam inebriati sanguine agni filii mei vestiti caritate fraterna transierunt per artem ianuam Iesu christi sanguine madefacti et pervenerunt ad me mare pacificum: ab imperfectione segregati: ut ab incontinentia pervenerunt ad perfectionem omnium bonorum plene satiati.

Qualiter illi qui perveniunt ad tertium et quartum gradum: ut habetur supra cupiunt a corpore dissolvi: ut etiam apostolus paulus optabat. *Capi. lxxxij.*

Quoniam igitur apostolus et prece meus paulus ista viderat atque gustaverat cum ipsum ad tertium celum attraxit: ut ad altitudinem trinitatis agnoscens atque degustans veritatem meam ubi plene recepit sancti spiritus habundantiam atque didicit incarnati sibi mei doctrinam et tunc induit anima eius me patrem eternum per sensum et unionem veluti beati vite durabilis: hoc excepto quod anima non erat a corpore separata: ideo clamabat optando separationem istam dicens. *O infelix homo ego quis me liberabit a corpore mortis huius.* Sed quia bonitati mee placuit eum facere vas electionis in abisso mee trinitatis erui cum de me quod non potest cadere in me pe

Tractatus.

na: et ego decreueram cum multa portare debere et posui Iesum Christum crucifixum in obiectum oculi sui intellectus cum induendo vestimento sue doctrine ligato et connero cum clementia sancti spiritus qui est ignis vere caritatis. Ipse vero tanquam vas aptum a mea bonitate reformatum quod nullam omnino resistentiā egit quando percussus extitit: imo subito dixit. Domine quid vis me facere. Tunc ego cum docui quoniam coram oculis eius posui Iesum Christum crucifixum cum induendo perfecte mee veritatis alma doctrina cum lumine vere perititionis cum qua defectum suum extinxit in caritate mea fundate. Itaque doctrinam induit Iesum Christum crucifixum et ipsam aie sue taliter astrinxit quod ut ipse sibi propalauit nunquam eruit: vel ab ea separari potuit aliquo temptatione diabolica siue stimulo carnis quo sepius impugnabat mea bonitate permittente: ut in merito cresceret et in gratia: et ut in humilitate conservaret eo quod gustauerat altitudinem diuinitatis atque trinitatis. Ipse tamen huiusmodi vestimentum nunquam vllotpe: vel in medico dimisit siue deposuit: vel laranit ex aliqua persecutione siue molestia: siue tribulatione sibi occurrente: vix perseverantiam in doctrina Iesu Christi crucifixi: imo sibi strictius incorporabat in tibi quod ex hoc vitam exposuit corporalem et cum eodem indumento rediit ad me patrem eternum. Paulus ergo gustauerat quid erat gustare me sine corporali grauedine. Sibi namque concessi gustare per sensum vnionis: sed non per separationem a corpore. Cum vero

postea rediit ad se vestitus indumento Iesu Christi crucifixi sibi videbatur amor eius imperfectus in comparatione perfectionis amoris quam in me gustauerat: et quare videat habere beatos a corpore separatos. Ideo videbatur ei quod grauedo corporis ei rebellaret: quod vix impediabat ei perfectionem illam facieratis desiderij quam habet anima post mortem. Memoria sibi videbatur imperfecta et inbecillitas: ut est propter quam imbecillitatem et imperfectionem impediabat esse capax atque retinere posse: recipere pariter et gustare me cum illa perfectione quam habent in vita durabili: beati qui sunt a corpore separati. Et ideo videbatur ei quod omnia vnum erat in corpore mortali sibi forent veluti lex vna peruersa que contra spiritum impugnet: non tamen impugnatione peccati: quia sicut iam dixi quod ego certificaueam eum dicens. Paulus sufficit tibi gratia mea: sed impugnatione cuiusdam impedimenti perfectionis spiritus: vix ne me videre posset in essentia mea que visio per legem: et grauedinem corporis impediatur: et ideo clamabat. O infelix homo ego quis me liberabit a corpore mortis huius. Nam habeo aliam legem in membris meis que repugnat legi mentis mee. Et ita se veritas habet: quia memoria iugiter ab imperfectione corporali repugnatur. Et intellectus impeditus atque ligatus est ab ista mole corporis ne me videat: ut ego sum in essentia mea. Insuper et voluntas est alligata: quia vix attingere non

Secundus.

potest et grauedine corporis ad me sine pena gustandum deum eternū modo superius enarrato. Itaq; paulus veritatem asserbat dicens. habeo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee. Si militer isti serui mei de quibus ego tibi dicebam q; iam peruenerant ad tertium et quartum status unionis perfecte quam in me faciunt exclamant cum illo cupientes a vinculo corporali separari atq; dissolui.

Quibus causis anima cupit a corpore separari. *Capitulum lxxxiij.*

Et ad apertiozem intelligentiam istius puncti notari debet illud qd habetur supra *Capitulum lxxix.*

Lsti serui mei fideles asperitatem sine difficultatem huius corporalis dissolutionis et mortis in se minime sentiunt: imo desiderant illam: et cum odio sancto fecerunt asperam guerram cum suis corporibus. Unde perdidit illam tenentem que naturaliter est inter corpus et animam et superato atq; prostrato naturali amore cum odio uite sui corporis: et amore mei mortem eroptant et aiunt. Quis me liberabit a corpore mortis huius. Cupio dissolui: et esse cum christo. Unde tales euz eodem apostolo dicunt. Mortis est mihi in desiderio: sed vita in patientia. Quoniam anima cum est eleuata in hac unione perfecta toto desiderio me videt prooptat atq; mihi gloriam et laudem videre ab omnibus exhiberi. Quando vero

postea redit ad sensus corporales qui sensus oēs erāt in me tracti et absorpti per affectum amoris: magnā habet impatientiā in viuendo dū se considerat ablatā et auxiliā ab unione quā in me fecerat: et ab immortalium optabili pueriatione qui quotidie mihi gloriā exhibent et inuenit se fore in pueriatione mortaliū a quibus me videt frequentissime miserabiliter offendit. Super quo tales serui valde affligunt grauer: vñ tam ex isto qd ex amozoso et anxio desiderio videndi me ipsorum vita est eis importabilis. Nilominus q; voluntas eoz nō est sua propria: sed est vnita cū voluntate mea per amorem: neq; velle possunt: aut optare nisi qd ego volo. Ipsi optantes ad me venire contenti sunt: et in corpore manere si mihi placet: etiam cum quacunq; pena pro maiori gloria: et laude mei nominis et animarum salute: ita q; in nullo penitus vnq; a mea voluntate discordat: sed anxio desiderio currūt iduti ihesus christū crucifixū. Et ambulantes pro pontē sue saluberrime doctrine gloriantur in suis obprobriis atq; penis: et tanto magis gloriantur quanto grauiora se tollerare vident: imo sustinendo multas tribulationes vnde cūq; pueniāt ipsi percipiunt inde refrigeriū in desiderio mortis. Et aliqui ex desiderio et affectu sustinendi penas aliquo modo mitigat illa pena desiderij quā habent a corpore solui. Isti non solummodo cum patientia tolerant aduersa sicut in tertio statu: sed ipsi gloriantur in multis tribulationibus quas pro nomine ac amore

Tractatus.

med portant. Tollerando penas habent inde consolationem: quando vero non habent aliquam penam ad tollerandum habent amaritudinē: dubitantes atq; timentes ne forte p bono quod operantur velim in presenti vita premiari: vel q; eorum operatio mihi nō sit accepta. Sed eos permittendo: tribulari: valde letantur: se vestiri considerantes de penis & obprobriis yesu christi crucifixi. Unde si possibile foret eis: haberent virtutem absq; laboriosa pena non acceptarent. Potius. n. eligunt in cruce cum yesu christo delectari & cum pena virtutem acquirere quā alio modo vitam eternam habere. Quia sunt in sanguine suffocati: & imersi vbi reperiunt ignitam caritatem meam: que caritas est veluti succensus ignis a me procedens qui rapit mentem eorum acceptando sacrificium desideriorum ipsorum. Unde consurgit oculus intellectus eorum in mea veritate speculando vbi nutritur affectus & vnitur qui sequitur intellectum. Hoc est vnum videre super naturale per infusam gratiam anime concessam a me que me diligit & in veritate mihi seruit.

Quomodo melius est ire pro consilio salutis anime ad vnum humilem cum conscientia sancta q̄ ad literatum superbum. *Capit. lxxxv.*

L Sto lumine quod in oculo intellectus est a me positum viderunt vtriusq; me Jeronimus. Augustinus atq; Thomas de aquino &

alii doctores ecclesie: vnde magnas scientiam acquisierunt. Similiter & alij sancti & amici mei qui fuerunt illuminati cognoscentes & intelligentes in tenebris apertam veritatem q; v; sanctam scripturam exposuerunt: & illuminauerunt que videbatur esse tenebrosa: q; n. n. intelligebatur non quidem ex defectu scripturę: sed ex ignorantia non intelligentium. Ideo mihi lucernas istas vt illuminarent intellectus excecatos & ignorantēs. Ipsi vero leuabant oculum intellectus ad me: vt i tenebris agnoscerent veritatem vt iam dixi. Et ego velud ignis acceptabaz & recipiebam huiusmodi sacrificium eorum: eis exhibendo lumen supernaturale: & ita recipiebant in tenebris lumen veritatis. Unde scriptura quę tunc videbatur esse tenebrosa & obscura: nunc apparet omnibus lucida & aperta. Quilibet in ea recipit iuxta capacitatem suam: & prout ipse disponit animam suam ad amandum & cognoscendum me quia nullius ego contemno dispositiones bonam. Ita q; vides q; oculus intellectus a me recipit ex gratia supernaturale lumen in quo sancti doctores & alij serui mei agnouerunt lucem i tenebris: atq; v tenebris facta ē lux. Nam intellectus: ante fuit q̄ ab alio quo scriptura formaretur. Unde scientia processit ab intellectu: q; vidēdo discernit. Isto modo pphete euz alij sanctis patribus cognouerunt: & intellexerunt prophetantes v aduentu: & morte dilectissimi filij mei. hoc habuerunt apostoli: post aduē-

Secundus:

tum sancti spiritus. Iſto lumine illu-
minati fuerunt euāgeliste: docto-
res: cōfesso: es: martires: z virgines.
Omnes habuerunt hoc lumen in
diuerſis modis: vt expedire cogno-
ui ſaluti ſuarum aīnimarum: vel eti-
am aliorum: aut ad declarationem
ſacre ſcripture prout actum eſt a do-
ctoribus explanando ſanctificē do-
ctrināz vnigeniti filij mei: z apoſto-
lorum: ac euāgelistarum. Marti-
res vero cum ſanguine proprio de-
clarauerunt ſanctiſſime fidei lumē:
atq; fructum z theſaurū ſanguinis
agni. Virgines cum affectu purita-
tis z caritatis: in religioſis obedien-
tibus cōmendatur obedientia filij
mei in quo maxime relucet eo qd ex
obedientia quam impoſui ſibi feſti-
nauit ad mortem crucis obprobrio-
ſam. Omne lumen iſtud aperte pro-
palatur in veteri z in nouo testamē-
to. In veteri: v3 quō ad prophetas.
In nouo quo ad legem euāgelicāz
agnitum extitit ab oculo intellect⁹
cum lumine per gratiam infuſo ſu-
per naturale lumen. Et qz noua lex
ab eodez lumine proceſſit a quo an-
tiqua lex: ideo noua non euacuauit
vel irritauit antiquāz: imo ſunt vni-
te ſimul. Sed iſta noua lex abſtulit
imperfectionem aītiq;: qz funda-
ta erat in timore ſolūmodo. Veniē-
te igitur verbo meo cum lege amo-
ris adimpleuit illāz auferendo ſibi
timorem: pene ac etiam fundauit ī
amore cum timore ſancto. Ideo di-
xit ipſa veritas: v3 vnigenitus me-
us. Ego non veni ſoluerē legem: ſed
ad implef. Quasi diceret. Antiqua

lex eſt imperfecta nunc: ſed in ſan-
guine meo dabo ei perfectionem: z
ita eam adimplebo pro ſuo defectu
remouendo timore peſte: z eam fun-
dabo ī amore atq; timore ſcō. Quis
hanc veritatem aperte declarauit.
Lumen huiusmodi ex gratia conceſ-
ſuz a me ſuper naturale lumen. Ita
q; omne lumē a ſacra ſcriptura pro-
grediens egreditur ab iſto lumine.
Et ideo ſuperbi ſcientifici z ignora-
tes excecantur in lumine: qz ſuper-
bia cum amoris proprio nube coope-
ruit z abſtulit omnino huiusmodi
lucem. Et ex hoc plus intelligunt ſa-
cram paginā litteraliſter z iuxta cor-
ticem exteriorē q̄ ſm intellectum
interiores. Et ideo guſtant inde ma-
gis littere ſonum hinc inde multos
vertentes libros: z nō attingunt: ne-
q; guſtant ſacre ſcripture medulam
qm̄ abſtulerunt ſibi lumen euz quo
ſcriptura formata: z declarata fuſt.
Unde tales admirari ſolent z aliqui
murmurare videndo multos idio-
tas atq; ſacram paginam ignoran-
tes: z nihilominus in cognoscendo
veritatem ita illuminatos quemad-
modum ſi longo tēpore ſtudiſſent
in ea. Neq; tamen ex hoc aliquis ad-
mirari debet eo qd habent in ſe cau-
ſam principalem luminis: vnde ſcīa
proceſſit. Ipsi vero ſuperbi: qz lumē
amiferunt nō vident: nec intelligūt
bonitatem meam neq; lumen infu-
ſe gratie ſuper amicos meos. Qua-
re noueris valde melius eſſe pro cō-
filio ſalutis aīnimarum ad vnū hu-
mitem virum accedere qui cum ſan-
cta rectaq; conſcientia viuat: q̄ ad

Tractatus.

unum superbum scientissimus qui so-
lummodo conscientiam et animam
implet currat inani vento scientie.
Nas alta porrigere nescit alteri nisi
que repe: it in se: Unde propter vi-
tam tenebrosam accidit aliquando
quod lumen sacre scripture porriget et
conuertet in tenebras. Et huius op-
positum est in amicis meis: quod lumen
in eis existens animo caritativo li-
bentissime ministrant alijs cum sa-
metico desiderio salutis eorum. Hec
ergo tibi dixi dulcissima filia: ut huius
unitiui status perfectionem agno-
sceres ubi rapitur oculus intellectus
ab ignifera caritate mea in qua su-
pernaturale lumen amici mei reci-
piunt: et cum ipso lumine me diligunt
quoniam ipsa dilectio sequitur intel-
lectum. Et quanto plus intelligit: et
agnoscit tanto plus amat: et quanto
plus amat amplius intelligit: et sic
unum ab altero nutritur. Cum hoc
ergo lumine perueniunt ad meam
eternam visionem ubi me gustant:
et in veritate vident cum anima fue-
rit a corpore segregata potest: ego nar-
raui tibi superius exprimendo bea-
titudinem quam anima recipit in me.
Hic est ille status excellentissimus
in quo dum amici mei sunt in vita
mortali gustant inter immortales.
Unde frequenter ad tantam unio-
nem attingunt: ut vix intelligere va-
leant: utrum in corpore fuerint an
extra corpus: et ita gustant arram eter-
ne vite: tum ex unione quam in me
fecerunt ac etiam: quod voluntas est in
se mortua: propter quam utique mor-
tem in me fecit unionem. Nam alter

in me poterant uniri perfecte. Su-
stant igitur arram eterne vite: quia
priuati sunt inferno proprie volun-
tatis que quandam arram inferni
tribuit homini viventi iuxta sensu-
nam voluntatem.

Utilis repetitio quorundam et in-
ducitur hanc ad orandum pro omnibus
hominibus et pro ecclesia sancta. Cap. lxxxvi.

Nunc vidisti oculo intellectus:
et auribus tui sensus audisti a me
qui sum eterna veritas qui modus ha-
bens est ad faciendum utilitatem pro-
pter et tibi doctrine et agnitionis mee
veritatis. Ut in principio tibi dixi. scilicet
ad cognitionem veritatis peruenit ex
agnitione tui: non absolute pura et sim-
pliciter: sed unita et condita cum agnitione
mei in te ubi reperisti humilitatem: odium
atque displicentiam tuam. Et ignem caritatis
mee propter agnitionem quam de me in te re-
peristi. Cum venisti ad amorem atque de-
lectionem primi tui utilitatem ei facien-
do doctrine: necnon et exemplaris ac ho-
neste vite. Iusque ostendi tibi disposi-
tionem et qualitatem potentis: ut est ac est tres
gradus generales positos atque signi-
ficatos per tribus aere potentis. Et quomodo
nullus hinc potest vitam gratie si non ascende-
rit oculus: ut ut sint in nomine meo congrega-
ti. Ipsos est tibi patefecit particulariter
per tribus aere statibus in corpore filij mei
figuratis. de quo tibi dixi quod fecerat
in corpore suo scalam: apte demonstrans
hoc in affixis pedibus: in aptura lateris
et in ore ubi gustat aiam pacem veram: ut
dictum est. Ostendi quoque tibi superius in-
perfectionem seruilis timoris et inspectio-

Secundus.

ne me diligētis et dulcedine solationis quā inuenit i me atq; pfectio-
ne tertij stat⁹: v3 eoz qui puenerūt
ad pacē oris ex quo p pontem yhu
xpi crucifiri antio desiderio cucur-
rerūt ascēdētes tres illos generales
gradus: v3 pgregādo tres aīe potē-
tias. Ubi pgregat oēs opationes su-
as i noīe meo: put ego supius apte
tibi demōstrauī. Atq; de trib⁹ gra-
dib⁹ pticularibus quos ascēderunt
ab iperfecto statu trāscētes ad pfe-
ctū: 7 sic eos i vitate curref vidisti.
Fecitq; te degustaf pfectionē aīe cū
ornatu virtutū. Etiā oīdi tibi fran-
des quas aīa recipit aīq; ad suā p-
fectionē attigat: nisi prudenter tps
exerceat i cognitōe sui atq; mei. Itē
oīdi tibi miserā illoz qui sponte se
metipfos i flumie submergūt renu-
entes ābulare p pontē: sequendo v3
doctrinā mei dilectissimi filij quem
vobis ego aīose pcessi: ne suffocare/
mūt: s; ipsi veluti stulti poti⁹ elege-
rūt i miseris atq; putredine mūdi
submergi. Hec oīa tibi declarant:
vt i te crescere fa cerē ignē desiderij
sancti atq; cōpassionē pīter 7 amari-
tudinē sup aīaz interitū: vt ipsa cō-
pellaris iduere ac astrigere me cū
lachrimis: sudorib⁹ ptinuis 7 bnmī-
lib⁹ oīonib⁹ oblati: añ me cū igni-
fero desiderio ad faciēdū piclitanti
mūdo misericordiā. Ista s; n solū a-
te sine p te regro: sed p multis alijs
creaturis 7 amicis meis qui p cipi-
ent: h a mea caritate cōpelleni vna
teuz exorare me: vt ipsi mūdo atq;
corpore mistico sancte matris eccle-
sie pro qua tu taz assidue me rogas

ego misericordiam exhibeas. Quia
taz tibi dixi si bene recolis q; ad im-
plerem vestra sancta desideria pre-
bendo refrigerium vobis in vestris
laboribus: 7 ordinabo reformatio-
nem ecclesie sancte sicut penosa de-
sideria vestra prestolantur in veros
7 virtuosos pastores: non cum gla-
dio siue crudelitate guerre: sed cu3
pacifica quiete: atq; lachrimis 7 su-
doribus amicorum meorum quos:
ego veluti colonos ordinant vestra-
rum animarum atq; pdrimorum:
7 i corpore mistico sancte matris ec-
clesie. In vobis operando virtutes
in proximis autem 7 in ecclesia san-
cta doctrinam 7 cremplum: offerre
do mihi ptinuā oīonē in salutē om-
nium hoīum: virtutes i primoptu-
riendo. Quia tā dixi tibi q; oīs virtus
siue defectus mediāte primo patra-
bat: vel augumētabaī. Et ideo volo
q; vtilitatem primo vīo faciatis: 7
ita mihi dabitis acceptabilē fructū
vineaz vīaz. Nō oīmittatis vllō tē-
pore odoriferū icensum humilitū oīo-
num in p̄spectu meo in salutē aīaz
adōlere: q; dispono mūdo facere mi-
sericordiam. Et cum ipsis orationi-
bus: lachrimis atq; sudorib⁹ abluere
faciē sponse mee: v3 ecclesie sancte
q; aliquando tibi monstrata fuit in
forma domicelle cuiusdam inquina-
tam atq; deturpatam veluti lepro-
sam faciem habentis. Hec auem
acciderat ex defectu ministrorum
atq; toti⁹ christiane religionis qui
se nutriunt ad huius sponse pectus
de quoruz defectibus alibi tibi nar-
rare dispono.

Tractatus.

Qualiter hec anima petat a deo
scire de statibus lacrymarum.

Cap. lxxxvij.

Tunc anima prefata cō
surgens ingēti z ignife
ro d'siderio velut ebria:
tum ex vnione quam i
deo fecerat: ac etiam ex
his que perceperat ex ore sūme ve
ritatis: tum adhuc anxiata dolore
propter ignorantiam hominū qui
non agnoscunt suum benefactorem
nec affectum excellentissime carita
tis eius: licet haberet in se quanda
vnam spem sancto gaudio plenam
ex promissione sibi a domino facta:
z qz modum eam z alios amicos su
os aperte docuerat ad inclinandū
eum: vt mundo gratiosē misericor
diam faceret: leuauit oculum intel
lectus in dulcem veritatez altissimi
vbi stabat vnita volens aliqua per
cipere de statibus anime de quibus
audierat a deo: ad quos anima trā
sit ipsis lacrymis operative mediā
tibus. Ideo cupiebat audire disse
rentiam ipsarum lacrymarū: z qua
les erant: z vnde procedebant: z qui
fructus in fine sequebatur post hu
iusmodi lacrymas. Et qz veritas i
telligit: vel agnoscit nullo modo po
test nisi ab ipsa veritate concedatur
ideo petebat a veritate declarari. Et
in veritate nihil intelligit: vel agno
scitur quod cū intellectus oculo nō
videatur. Expediit igitur volenti co
gnoscere qz auiditate surgat atqz de
siderio cognoscendi cum lumine si
dei oculum intellectus aperiēdo cū

fidei pupilla in obiectū veritatis.
Postqz igitur hoc agnouit anima:
quoniam oblita non erat doctrine
quam ei veritas. i. deus exhibuerat
attendens alia via scire non posse q
de statu atqz fructu lacrymarum
optabat ingēti desiderio se supra se
leuabat ultra modum assuetum: z
cū lumine vine fidei aperiebat ocu
lum intellectus in eterna veritate.
In qua vidit z agnouit veritatem
eorum que petebat. Deus. n. ineffa
bili benignitate sua condescendens
ignifero desiderio suo petitionem
eius exaudiebat.

De differentia lacrymarū discer
rendo per predictos anime status.

Cap. lxxxviij.

Omnis autē veritas alt. Ama
bilis atqz carissima filia tu
petis a me declarari de speciebus z
fructibus lacrymarum: z ego desi
derium huiusmodi tuum acceptan
do complebo. Aperias igitur oculū
intellectus: z ostendat ex iam supra
dictis tribus anime statibus lacry
mas imperfectas in timore fundatas
Primo vero dicas de lacrymis ini
quorum hominum. Iste sunt vtiqz
lacryme damnationis. Secūdo ve
ro sunt lacryme timoris: eorum v3
qui consurgunt ex timore pene pec
catorum: z ex timore plozant. Ter
tie sunt illorum qui derelicto pecca
to me gustare incipiunt: vnde cum
quadam dulcedine plozant z incipi
unt ex amore mihi seruire. Sed quo
niam amor ipsorum est adhuc impy

Tertius.

fectus etiam est planctus coram im-
perfectus: ut aptius exponā. Quar-
te lachryme sunt illorum qui ad per-
fectionem in caritate proximis per-
tulerunt in veritate me diligentes
absque respectu sui: et istorum planctus
est omnino perfectus. Quinte quo-
que lachryme sunt unite quasi cum pre-
cedentibus que cum magna dulce-
dine suavissime funduntur: ut infra
tibi narrabo. Postea subiungam de
lachrymis igneis absque lachrymis oc-
ulorum: ut ego satisficiam illis qui
plangere desiderant: et nullo modo
possunt. Et volo te nosse quod omnes
isti diversi status possunt esse successi-
ve: sed exercitium virtutis in eadem
anima: quando primo timore deser-
to: ac amore imperfecto ferventer at-
tingit ad caritatem perfectam atque
statum unitivum.

Quomodo quinque sunt maneri-
co lachrymarum. Cap. lxxxix.

Per hunc ergo modum in forma
bono te de lachrymis antedictis.
Et primo noveris omnem lachrymam
a corde procedere. Nullum enim est in
homine membrum quod ita cordi sa-
tisfaciat atque correspondeat: ut ocu-
lus: quod si dolorem habet oculus illi-
co manifestat. Et si dolor carnalis at-
que sensitivus effundit lachrymas car-
nales que mortem anime generant
quoniam a corde procedunt et ab amo-
re multum inordinato: me graviter
offendendo. Ideo mortalem inde do-
lorem habet: et similes lachrymas ef-
fundit. Tertius est quod culpe gravado

et plactus est magis: vel minus gra-
vis iuxta mensuram amoris inordi-
nati: qui sic lachrymant sunt illi pri-
mi qui lachrymas mortis habent de
quibus tibi supra dixi et infra dicam.
Nunc videndum est de lachrymis que
vitam exhibent: ut illorum qui cul-
pas proprias agnoscunt ex timo-
re pene deplorant. Iste sunt lachry-
me cordiales atque sensitive: quod ut non
habentes adhuc odium perfectum
contra commissam culpam: ex offensa
mihi facta procedunt cum quadam
amaritudine cordiali propter penam
que sequitur ex peccato commisso. Ideo
plorat oculus: quia satisfacere dolori
cordis affectat. Et si virtuose sanctum
desiderium anima sumpserit huius-
modi timorem committet: atque derelin-
quet: quod cognoscet aperte quod timor so-
lummodo non sufficit exhibere sibi
vitam eternam: prout iam tibi supra
narravi. Et ideo cum amore surgit
ad semetipsam agnoscendam: et in se
bonitatem meam. Et incipit assume-
re spiritum vinam in misericordia mea in
qua cor alacritatem habet. Et ita cul-
pe dolorem immiscendo cum gaudio
spiritus divine misericordie mee: tunc ocu-
lus pius effundit extra lachrymas que
lachryme proculdubio de fonte cor-
dis egrediuntur. Sed quod non sunt ad-
huc in statu perfectionis: aliquando
sunt iste lachryme sensuales. Et si tu
petis a me quare siue quomodo. Di-
co tibi: quod radix amoris proprii non
est a se totaliter evulsa. Non dico de
amore sensitivo sine corporali: quia
iam conculeavit illum: sed est unus
amor proprius atque spiritualis cuius

Tractatus.

anima vult habere consolationes spiri-
rituales: vel mentales a me: vel ali-
qua creatura mediante quam amo-
re spiritali diligit. Et quando pri-
uatur consolatione sua intus: vel ex-
tra: v3 intus consolatione mea: vel
extra mediante creatura sine super-
ueniente diabolica temptatōe: vel
hominum persecutiōe: cor iude penā
h3. **O**cul⁹ vero qui sentit amaritu-
dinē atq; dolorē cordis effundit illi
co lachrimas ex quodā tenero gēt-
tu quo sibi metipſi cōpatit̄ amore p-
prio atq; spūali qz voluntas p-
pria totaliter abnegata z ꝑculcata nō ē.
Et ita lachryme sensuales effundun-
tur: v3 ex passione spūali: quaz tibi
narravi supra plenius ipſectionez.
S3 aīa virtuoſe creſcēdo ſemetipſaz
exercens ī lumine notitiē ſuā ꝑcipit
odiuū ſanctum atq; diſplicitiam
contra ſe: vnde trahit vnām veram
noticiam mee bonitatis in ſe cum
quadam ignifera caritate: ꝑpter
quod incipit vnire ſe voluntatez ſu-
az ꝑformādo cū mea: vñ gaudū h3
atq; cōpaſſionē. Gaudū ī ſe ꝑꝑ gu-
ſtū amoris atq; cōpaſſionē ꝑrimo ꝑ-
ut ī tertio ſtatu tibi narraui. **O**cu-
lus vero qui cordi ſatiſſacere cupit
illico gemit ex caritate mea: z ꝑri-
mi ſui: z cuz amore cordiali ſolūmō
dolet ex offēſa mihi ſcā z ꝑrimi ſui
detrimēto z nō de pena ſine dāno ꝑ-
prio. Qz de ſe cogitare ꝑſtoponit: ſ3
ſolūmō cogitare ſtudet quō nomini
meo poſſit laudē acq; gloriā exhibe-
re. Et cū anxio deſiderio cibum aſſu-
mere delectatur in menſa ſanctiſſi-
me cruce habendo ꝑformitatē cuz

humili z imaculato agno vnigeni-
to filio meo de quo feci pontem hu-
mano generi ſicut iaz dixi. **P**oſtq;
ita dulciter anima tranſiit per hu-
iuſmodi pontem ſequendo mee ve-
ritatis doctrinam tollerando pati-
enter vna cū dilectiſſimo filio meo
penam quancunq; ſine moleſtiam:
vt ego ꝑo ſalute ſua permiſſi z ip-
ſa viriliter omnia ꝑortat non ſolum
modo patienter: imo libenter z ala-
criter ac exiſtimans ad quandam
gloriam aduerſa quecumq; ꝑo no-
mine meo pati non quippe ſuo: ſed
modo meo. Tunc inuenit vnām cō-
ſolationem atq; tantaz mentis quie-
tem z tranquillitatem: qz nulla lin-
gua corruptibilis exprimer̄ ſufficit.
Iꝑſa nanq; firmavit oculum intel-
lectus ī me veritatē dulcem: z eter-
nam quam viſam agnoſcit: z agno-
ſcendo diligit: nam affectus vtiq; ſe-
quitur intellectum: ideo gūſtat eter-
nam deſtatem meam. Et agnoſcen-
do videt ipſam naturam diuinam
vnitam humanitati veſtre: z tunc ī
memari pacifico dulciter atq; ſua-
uiſſime requieſcit. **C**or. n. eſt vnitus
in me reali ex affectu ſincer̄ dilectio-
nis. Et ſic oculus effundit extra la-
chrimas valde magne dulcedinis q̄
v̄irrecte veluti lac in vera patiētia
nutriunt animā. Iſte lachryme ſunt
velut vnguentuz odore ſuaniſſimo
repletum: qui ꝑreſoſus odor etiam
a remotis auiditate multa ꝑerſipi-
tur. **O** dilectiſſima filia q̄ eſt h̄ ani-
ma glorioſa que nouit: ita realiter:
atq; ꝑrudenter a mari ꝑroceloſo vi-
te ꝑreſentis ad me mare pacificum

Tertius.

pertransire: ubi vasculum cordis in
effabiliter implevit eterna deitate
mea. Propter hoc oculus velud
aqueductus: ut extrahat a corde si-
bi satisfacere conatur: et sic effundit
habundanter atque suavissime lachri-
mas. Hic est ultimus ille status in
quo consistit anima beata simul et do-
lorosa. Beata quidem est ex unione
quam in me fecit per sensum: amo-
rem gustando divinum. Dolorosa ve-
ro consistit ex offensionibus quas in
me fieri conspiciat qui suus eterna bo-
nitas quam vidit: et gustavit in co-
gnitione sui atque mei. Et propter hu-
iusmodi cognitiones attingit adhuc
ultimum status. Nec impeditur ex
hoc ille status unctius qui magne
dulcedinis lachrimas effundit ex
agnitione sui in caritate proxi-
mi: ubi gemitum invenit amoris ex
divina misericordia mea: et amaritu-
dinem ex offensa proximorum flē-
do cum fletibus et gaudendo cum
gaudentibus. Hic namque sunt vivē-
tes in caritate de quibus anima le-
tatur attendens a servis meis exhi-
beri nomini meo gloriam et laudem.
Itaque secundus gemitus qui tertius
est non impedit, ultimus qui quartus
est unctius: sed unus exhibet adumen-
tus alteri. Quia si gemitus ultimus
ubi reperit anima tantam unionem
non accepisset: a secundo statu qui
tertius est: ut in caritate proximi sua
perfectione perculdubio careret. Ita-
que necessarium est quod unus ab altero
condiatur. Aliter. n. vitabilis presum-
ptioni pateret: quod subintraret unus
ventus inanis cuiusdam proprie re-

putationis: et ita rueret ab altitudi-
ne virtutis in profundum vitiorum
atque primi vomitus. Ideoque necessa-
rium est iugiter in se caritatem pro-
ximi retinere cum vera noticia sui.
Et ita nutriat ignem in se divine ca-
ritatis: quia proximi caritas erodit-
tur a caritate mea: ut ab illa noti-
cia quam habuit anima cognoscen-
do semetipsam atque bonitatem me-
am in se. Ibi namque vidit se et agno-
vit ineffabiliter a me diligere: et ideo
eius eodem amore quo se novit ama-
ri diligit omnes rationabilem crea-
turam. Et hec est illa ratio propter
quam anima que me novit et amat
illico succenditur ad amorem proxi-
mi sui: quia ferventer amat illam
creaturam quam amplius amo. Pro-
pter hoc etiam agnovit aperte: quod
mibi nullam utilitatem asserere po-
test nec mibi reddere purum illum
amorem quo se noscit a me diligere qua-
re conatur iuxta posse reddere mi-
hi talem amorem in illo medio quod
ordinavi vobis: ut in proximo suo.
Est. n. illud medium cui debetis uti-
litatem asserere: prout iam tibi dixi:
quod orantis virtus proximo median-
te patrabatur. Vos amare de-
betis illo puro amore quo dilexi
vos hoc vero circa me facere non
valetis: quia dilexi vos non dile-
ctus a vobis: et absque respectu cu-
iuscunque utilitatis: et quia vos ama-
ni ante quam essetis. Immo solus
amor quo vos dilexi me movit ad
creandum vos ad ymaginem et similitu-
dinem meam. Ideo mibi reddere non
valetis huiusmodi gratuitum amorem:

Tractatus.

sed a vobis exigo: vt illum exhibea-
tis vestro proximo: v3 illum diligē-
do gratis omnino: sine respectu pro-
priae comoditatis: vel utilitatis: tem-
pora is: siue spiritalis: imo solū ad
laudem atq; gloriam nominis mei:
z qz diligitur a me. Et ita preceptū
legis implebitis: v3 diligēdo me su-
per omnia z proximum vestrum si-
cut vosmetipsos. Ergo bene verum
est qd ad illam altitudinem attingi
non valet vilo modo sine secundo
istō statu: qui tertius est z secundus
ad vnionem: nec etiam ex quo per-
uenit anima: conseruari potest si di-
scederet ab illo affectu: vnde perue-
nit ad secundas lachrimas iam di-
ctas: vt impleri non potest lex mea
sine lege proximi vestri: qz sunt duo
pedes affectus per quos obseruan-
tur precepta pariter z consilia: ita
duo status isti de quibus factus est
vnus in virtute nutriunt animam
illam augmentando iugiter ipe-
fectione vir. utis z in vnitūo statu.
Non quippe mutat alium statū ex
quo peruenit ad istum: sed in hoc eo-
dem augentur diuitie gratiarum i
diuersis atq; nouis donis z admira-
bilibus elenationibus mentis: vt iā
supradixi cum quadam notitia ve-
ritatis: ita qd in vita mortali confi-
sēdo quasi videtur immortalis ex eo
qz sensus proprie sensualitatis mor-
tificatus est: voluntas vero mortua
est pp vnionem in me factam. D qd
dulcis est hec vnio cuiuslibet anime
gustāt: qz videt z intelligit abscon-
sa secreta mea. Unde frequenter spi-
ritu prophētie notabitur agnoscen-

do qd futura sunt. Ista bonitas mea
gratiose concedit quauis humilis
anima non debet hoc a petere: scip-
sam indignam existimando omnis
proprie consolationis: pacis atq; se-
renitatis mentis ad nutriendam at
qz conseruandam intus in anima sua
virtutem. Neq; consistit in secundo
statu: sed descendit indilate in valez
agnitionis: proprie fragilitatis. Un-
den autem istud anime gratiose cō-
cedo: vt ipsa quottidie crescat. Nam
in vita presentī nunq; est in tāta p-
fectiōe quin amplius in amore cre-
scere valeat excepto filio meo, dile-
ctissimo cui nulla pfectio potuit au-
geri: qm̄ erat z est vnus mecum: z
ego secum. Nam anima sua beata:
tunc erat propter vnionem diuine
nature. Nos vero peregrini quotti-
die crescere potestis: imo debetis in
maiori perfectione virtutis: non ta-
men ad alium statum siue gradum
ex quo peruenistis ad vltimum: vt
a me dictum est: sed eundem vltimū
augmentare potestis cum illa per-
fectione que placuerit vobis gratis
mea mediante.

Repetitio breuis eorum que su-
pradicta sunt. Et quomodo diabolo
effugatur ab his qui peruen-
runt ad lachrimas quintas.

Capit. lxxx.

Nunc ergo vidisti de statibus
lachrimarum z illarum dis-
ferentiam prout mee bonitati pla-
cuit explanare tuo desiderio satis fa-
ciendo. De p. imis v3 illoz qui sunt

Tertius.

in statu peccati mortalis quorū plan-
ctus generaliter a corde procedit: quia
principiū affectus: unde lachryma
venit omnino corruptū erat: et ideo
gemitus ideo corruptus egressus est
etiam cum omnibus operibus co-
rum. Secundus gemitus est illorū
qui propter penam que sequitur pro
culpam commissam incipiunt agno-
scere mala sua que merentur. Hoc
est quasi generale principium a me
datum fragilibus qui velut igno-
rantes in flumine se sponte submer-
gunt vitando doctrinam vniuersi
filij mei. Multissimi vero sunt qui se
iplos agnoscunt absque timore seruili
vix proprie pene quorum aliqui sub-
ito procedunt eius odio sancto sui ex
quo se dignos existimant omni pena.
Alij vero cum quadam commendabi-
li simplicitate: mihi creatori suo ser-
uire conantur volentes de suis offen-
sionibus contra me factis. Hoc ocul-
dubio magis aptus est ad perfectio-
nem attingere ille qui eius odio ma-
gno sui procedit quam alij: licet exercen-
do se virtuose bene perueniunt etiam
am illi: sed iste prius. Ille qui vadit
cum odio sui vitare debet in timo-
re seruili remanere. Qui vero pro-
cedit cum illa simplicitate sua caue-
re debet ne remaneat in illa cum te-
pore mentis non exercendo se feruē-
ter et virtuose. Hec tamen est vna co-
muni vocatio. Tertius atque quar-
tus gemitus est illorum qui dereli-
cto timore peruenierunt ad amorem
atque spem: gustantes misericordiam
meam in qua multa dona: et conso-
lationes a me gratiose recipiunt. Ex

quibus oculus qui satisfacere cupit
sensui cordis eius gemitu lachrymas ef-
fundit. Sed quia gemitus adhuc est
imperfectus imixtus cum planctu
rari tibi. Isti dicere solēt a propria voluntate fraudati quam ego tibi ndminauī spirituales voluntates, Ego vellem consolationem illam: et non tribulationem istam vel diaboli molestiam: nec ita desidero propter me: sed ut amplius deo placere valeam et ipsum ex gratia magis in anima mea possideam: quia mihi videtur ei seruire perfectius isto modo q̄ illo. Et ita qui talis est: frequenter in penam incidit atq̄ tedium: et ita quandoq̄ sit incomportabilis sibi metipso: et in hunc modum offendit sui status perfectionem. Nec aduertit q̄ ibi lateat vitanda pretredo superbie cum tamen lateat ibi: quia si mens vere foret humilis: et nō ita presumeret videret aperte cum lumine rationis: q̄ ego dulcis veritas omnibus exhibeo statum: tempus locum: atq̄ consolationes: ut expediat vestre salutis: et ad perficiendam in anima perfectionem: et virtutis augmentum propter quam et ad quam eam elegi. Et agnosceret q̄ omnia tribuo cum affectuosa caritate. Ideo cum amore debet omnia recipere cū reuerentia prout agunt veri serui mei de quibus tibi dicam q̄ manent in isto p̄fectissimo lumine.

De tertio et perfectissimo lumine rationis et de operibus que facit anima postq̄ ad ipsum statum peruenit et de quadā pulchra visione quā habuit hec anima. Cap. l. c.

Hic tertius qui dicuntur secundus postq̄ ad huiusmodi lumen

Tertius:

gloriosum patitur: erant in omni statu perfecti sunt. Et omnia que quomodolibet eis ego concedo sine permitto cum debita reuerentia suscipiunt: ut in tertio: et uniuerso statu anime: tibi mentione est. Ipsi se reputant omni pena dignos atque mundi scandalis: et consolatione privati. Et sicut se pena quacumque dignos existimant: ita se reputant indignos omni fructu sine consolatione qui: vel que sequi debet in fine post penam. Nam in lumine gustauerunt et agnouerunt eternam voluntatem meam que nihil aliud optat: nisi bonum vestrum: et ut in me sanctificati sitis. Et ideo vobis hec omnia permitto et affectuosa caritate preme concedo. Postquam anima cognouit eam induit illam nec attendit ad alia nisi solus ad conseruandum: et augumentandum huiusmodi statum suum perfectum: ad laudem et honorem mei nominis oculum intellectus apperiendo: cum filii dei lumine: in obiectum yesu christi crucifixi unigeniti filii mei: amando et virili corde sequendo saluberrimam: eius doctrinam: que regula est et iter omnibus: usque perfectis et inperfectis. Attendit. n. amarus agnouit ei prebere doctrinam perfectionis: quam attente considerando philo captus in ea. Perfectio quidem hec est: quia vidit et agnouit ipsum unigenitum filium meum: se nutritis ad mensam sancti desiderii: quotidie perquirendo: mei: patris eius honorem: atque salutem vestram. Et ex hoc anxio desiderio: cum in-

geniti sollicitudine festinauit ad mortem obprobriosam salutare crucis: et ita perfecte obedientiam iniunctam ei per me patrem eternum nunquam vitando labores et obprobria: nec ex ingratitude vestra: vel ignorantia non agnoscendo beneficium tam excessuum et iumentum nec ex persecutione iudeorum siue murmuracionibus: vel clamoribus populorum nunquam se quoquo modo retraxit: sed omnia veluti miles valde strenuus atque capitaneus inuictissimus expugnando prostravit. Eum enim in campo prelii collocaueram ut aduersantes demones expugnaret et vos de manibus eorum liberaret omnino. Nam eratis ipsorum peruersis seruituti damnabiliter obligati: et ut ipse vos instrueret de via doctrina et regula sua: et ita peruenire possitis ad ianuam eterne vite vobis apertam cum clauis sui pretiosi sanguinis cum igne tante dilectionis effusi: cum odio atque displicentia culparum vestrarum. Quasi dicat vobis amarus iste filius meus. Ecce vobis viam ostendi: et vite durabilis aperui ianuam: cum proprio sanguine. Non sitis ergo negligentes ipsam virtuosam prosequi cum ignavia sedentes in amore proprio et cum ignorantie vice lucidissime: atque presumptione volentes vestro modo mihi seruire: et non modo meo quia via plana et apertissima explanavi coram vobis. Surgatis ergo solliciti sequentes eum: quia nemo potest ad me patrem eternum venire nisi per

Tractatus.

zum. Ipse vobis est via pariter: et in-
tua per quam vos oportet ad me-
mare pacificum ingredi. Cum au-
tem anima pervenit ad gustandum
hoc admirabile lumen: quia dulci-
ter vidit et agnovit ideo gustavit:
velocissime currit ad me: veluti phi-
locapta cum ingenti dilectione ad
mensam sancti Desiderij non viden-
do se propter se: querendo consola-
tiones proprias temporales: vel spi-
rituales veluti persona que totali-
ter in isto lumine atque salubri noti-
cia propriam voluntatem abnega-
vit. Nullum omnino labores vitat
unde cumque proveniat: imo letatur
cum pena tollerare obprobria que-
cumque molestias diabolicas: et mur-
murationes hominum: et immensa
sanctissime crucis manducat hono-
ris mei cibum atque salutis anima-
rum. Neque remunerationes aliqua
exquirat a me: vel ab aliqua creatu-
ra: quod spoliatus est ab omni amore
in terrenario: quia me nequaquam amat
aliquo respectu sui: et induit in veri-
tate lumen perfectum amando me
sincere sine respectu quocumque ubi
solum ad gloriam: et laudem nomi-
nis mei non serviendo mihi propter
propriam consolationem: neque pro-
ximo ex utilitate quacumque privata
sed ex amore puro. Isti perdiderunt
semetipsos crucentes hominem vete-
rem: et induit novum hominem: videlicet
jesum christum unigenitum meum:
ipsum virili corde sequentes. Isti sunt
qui sedent ad mensam sancti desi-
derij qui sollicitudinem amplio-
rem opposuerunt ad occidendum vo-

luntatem propriam quam ad mortifi-
candum corpus. ipsi quippe morti-
ficant etiam corpus: sed non pro af-
fectu principali: sed velut instrumē-
tum et in adiutorium ad occidendum
propriam voluntatem: sicut ego tibi
supradixi super illo verbo dicens
quod ego delectabar in paucis verbis
et multis operibus: et ita facere ve-
betis: quia principalis affectus esse
debet in occidendo propriam volun-
tatem: ut non querat: neque velit: ni-
si solummodo sequi jesum christum
crucifixum honorem et gloriam no-
mini meo: erquendo sollicite at-
que salutem animarum. Isti qui con-
sistunt in isto glorioso lumine reali-
ter: ita faciunt. Et ideo semper in-
quiete morantur: nec habent: unde
scandalizentur: quod removerunt a se
voluntatem propriam: unde scan-
dalum oriebatur. Et omnes mundi
persecutiones: vel adversarii tem-
ptationes vincerunt illas vilipen-
dendo suppeditantes. Ipsi consistunt
in aqua multarum tribulationum
atque temptationum: sed in fine nul-
lum omnino detrimentum habent
eo quia roborati sunt atque fulciti a
sustentaculo sancti et igniti desiderij
Omnia prebent eis gaudij sancti
materiam. Neque iudicant aliquan-
do servos meos: vel alias rationabi-
les creaturas: imo letantur de quo-
cumque statu siue modo quez vident
gaudendo dicentes. Gratias tibi
pater eterne: quoniam in domo tua
mansiones multe sunt et varie. Et
ampliori gaudio letantur attendē-
tes amicos meos per varias vias am-

Tertius.

bulantes quod si omnes per eandem vi-
 am ambularent: quia magis in hoc
 apparet excellentia mee bonitatis.
 Et omnibus augetur eis gaudium
 et attrahunt odorem rosarum. Neque
 solummodo de bono virtutis hedi-
 ficantur verum etiam de manife-
 sto peccato iudicare nolunt. imo cum
 una caritativa compassione me per
 transgressoribus huiusmodi depre-
 cantur cum humilitate perfecta vi-
 tentes: hodie tibi: et cras mihi nisi di-
 uina gratia me conseruet. O caris-
 sima filia cordialiter afficiaris atque
 congaude adhuc excellentem atque
 gloriosum statum. Et aspicias istos
 qui currunt in isto pretioso lumine
 et ipsorum excellentiam eo quia me-
 tes habent omnino sanctas come-
 dentes ad mensam sancti desiderij
 et cum lumine peruenerunt: ut ani-
 marum cibo nutriantur ad hono-
 rem mei patris eterni: induti vesti-
 mento dulci immaculati agni dilectis-
 simi filij mei: ubi doctrina sua cum
 ignifera caritate. Isti tempus amit-
 tere nolunt in dando falsa iudicia
 contra seruos meos: neque contra ser-
 uos mundi: neque scandalizantur ex
 aliqua murmuracione: siue sit con-
 tra se: siue contra proximum: murmu-
 rationem: namque contra se tollerare
 contentantur amore mei: quando ve-
 ro sit aduersus alios ex compassio-
 ne proximi tollerant: et non iudican-
 do: siue murmurando contra pati-
 entem: vel agentem: quoniam amor
 eorum ordinatus est in me celesti pa-
 tre ac etiam in proximo suo. Et quo-
 niam ordinatus est nullo tempore

scandalizantur versus eos que: ita
 diligunt: vel circa creaturam aliquam
 habentem in se rationem. Ne etiam
 iudicare voluntatem alienius ho-
 minis omnino renuunt: imo solum
 in omnibus iudicant voluntatem
 clementie mee. Isti doctrinam ob-
 seruant: in principio vite tue tibi da-
 tam ab unigenito filio meo duz ab
 eo postulasti cum ingenti desiderio
 quomodo peruenire posses ad per-
 fectam puritatem. Apertissime tibi
 respondit. Si tu vis ad perfectam
 puritatem venire atque scandalis om-
 nibus: esse priuata semper vnaris
 in me per amoris affectum eo: quia
 summa sum et eterna puritas: et sum-
 ignis ille qui animam in veritate pu-
 rifico. Unde quanto mihi magis ad-
 heret tanto magis efficitur pura: et
 quanto magis a me discedens elon-
 gatur amplius efficitur imunda. Et
 ideo cadunt in tot iniquitates ho-
 mines vite presentis qui elongati
 sunt a me. Nam anima que se mihi
 realiter vnit proculdubio de puri-
 tate mea participat. Rem etiam ali-
 am te facere conuenit: ut attingere
 possis ad vnionem atque puritatem
 istam: ubi ut nunquam iudices in aliqua
 re quaz videris ab aliquo fieri siue
 dicit contra te: siue contra alium vo-
 luntatem hominum: sed in omnibus
 voluntatem meam. Et si tu videres
 etiam peccatum expressum extrahas
 ab ista spina rosam odoriferam: ubi
 eos offerendo coram me per veram
 et fraternam compassionem. Et in
 intrinsecis tibi factis iudica: iudica quod
 voluntas mea: ita permittit vel or-

Tractatus.

dinat ad experientiam virtutis in se pariter et in alijs amicis meis iudicando quod ille facit ita velut instrumentum a me positum et ad hoc electum: et precipue quod frequenter accidit huiusmodi bonam intentionem habere: quod nemo iudicare potest occulta cordis hominum. Illud vero quod non vides vel agnosces expressum et apertum esse mortale peccatum in mente tua iudicare nullo modo debes: immo solummodo voluntatem meam in eis. Si autem expresse cognoveris etiam non debes assumere pro iudicio sed per compassionem ut iam dixi: et isto modo pervenies ad puritatem perfectam: quia sic agendo tua mens nullo tempore scandalizabitur in me nec in proximo tuo. Nam indignatio solet accidere contra proximum quando iudicatis voluntatem eius esse malam contra nos et non voluntatem meam in eo. Que quidem indignatio separat animam a me: atque perfectionem vestram impedit: et in quibusdam etiam aliquando gratiam auferit ab ea plus vel minus iuxta gradum indignationis vel odij concepti contra proximum propter huiusmodi iudicium. Sed e converso pacem animam sentit in se que voluntatem meam iudicat ut est dictum que solummodo bonum vestrum eripiat. Et omnia quecumque do vobis vel permitto facio solum ut habeatis illum finem gloriosum ad quem ego creavi vos. Et quia talis ingiter in dilectione sui proximi consistit etiam immoratur in dilectione mea ubi con-

sistens unitur in me. Ideo si desideras ad puritatem attingere quam a me petis omnino tibi necessarius est ista tria principalia facere. Primum ut uniaris in me per affectum amoris in memoria ingiter habendo beneficia mea que tibi feci et occulto intellectus attendendo meum charitatis affectum: quia vere vos ineffabiliter diligo. Et in hominis voluntate iudicare debetis voluntatem meam et non malam, voluntatem hominum persequentium siue detrahentium quoniam ego solum iudex christo et non vos: et hinc extrahere poteris omnem perfectionem. Et hec est illa doctrina quam tibi tradidit verbum incarnatum si bene meministi. Nunc amantissima filia mea tibi dico quod isti de quibus tibi dicebam quod videbatur eos huiusmodi doctrinam opere didicisse in vita presenti gustant arram eterne vite. Si doctrinam istam in mente conservaveris indubitanter evades disbolitas fraudes quia cognosces eas etiam a remotis. Et insuper ea que a me petisti: nihilominus ad satisfaciendum sancto desiderio tuo clarius tibi pandam aperte demonstrando quod nullum iudicium vos virtuose dare potestis pro iudicio sed pro sancta compassione.

Per quem modum arram eterne vite recipiant in vita presenti qui consistunt in isto glorioso et perfectissimo tertio lumine. Cap. cl.

O Tri tibi quod huiusmodi servus mei recipiunt arram eterne

Lercius.

vite in presenti seculo. Array utiq;
 recipiunt sed nō solutionē ad plenū
 Nā expectant illam in vite durā
 rabilī feliciter hēre vbi semper est
 vita sine morte: satietas absq; fasti-
 dio: atq; fames absq; pēna. Quā est
 a fame remota que cūq; pēna: nam
 sibi oēs habēt oīa que desiderāt: ta-
 men a satietate remotū est oē fasti-
 diū quā ego sum eis vite cib⁹ absq;
 defectu quocunq;. Sed in vita pntē
 recipiant arrā isto mō: quā incipit
 hic aīa famescere et feruenter opta-
 re mei patris eterni gloriā et hono-
 rē atq; cibū salutis animarū: et isto
 cibo famē suā pascit. Quā v3 anima
 nutritur ex caritate proximi salutē
 cuius ingētī fame peroptat. Et hoc
 eius desiderū est ei quasi cibus ex
 quo nutrit. Nunq; tamē in pntē vi-
 ta satiat quā insatiabilis est: et ipsi
 quotidie remanet ipsa fames. Et ve-
 lut arra est inītiū securitatis que da-
 tur hōi pro futura solutione cōple-
 ta h3 in se sit imperfecta: nisi qz reci-
 piēs illā ē in mēte certificatus de so-
 lutione futura recipiēda: sic hēdant
 ma philocapta et vestita doctrina
 mee veritatis quā iā accepit arra in se
 metipsa mee charitatis atq; primi
 sui expectat in vita durabili recipe-
 pfectionē itegre solutionis idubitan-
 ter. Nec arra quā est imperfecta: nā
 aīa quā gustat illā nō hēt adhuc pfe-
 ctionē absolute ita quā nō sentiat in se
 penā et in alijs. In se quippe penā
 h3 ex offensa mea pp legē pueri in
 quā ligat in mēbris ei⁹ quā contra spm
 impugnat. In alijs at ex offensioe pri-
 mi. Perfecta quā est quo ad gratiā

nō in ea pfectione quā sci mei dotan-
 tur: quā iā ad me puenerūt vitā du-
 rabilē sicut iā tibi dixi quā coz affe-
 ctuosa desideria sunt absq; pēna: ve-
 stra vero sicut cū pēna. Stāt igit istī
 sui mei qui nutriunt a d mēsa3 hu-
 ius desiderij sci: ut alias tibi dixi
 bti simul et dolorosi put vnigenit⁹
 li⁹ me⁹ in cruce stabat. Caro nāq;
 sua pp illata tormenta grauissima
 valde dolebat: sicut aīa bti sperat
 ex vniōe diuine nature. Similiter
 istī bti sunt ex vniōe sci desiderij eo-
 rā in me sicut iā dixi: quā iduerunt
 ex toto dulcē voluntatē meā. Dolo-
 rosi vero sunt ex cōpassiōe primorū
 et qz sensualitatē ppriā iugiter affli-
 gūt auferendo sibi metipsis oēs de-
 licias atq; sensuales cōsolationes.

Quo primus argui debeat volē
 dō vitare iudiciū falsū. Cap. cii.

Nunc aduerte carissima filia:
 Nā ut amplius esses in tua
 mēte declarata sup eo quā a me po-
 stulasti dixi tibi de cōi lumine quod
 oēs hīc deberis in quocunq; statu fue-
 ritis. Loquor de illis qui comorant
 in caritate cōi. Ne et tibi dixi de illis
 qui sunt in lumine pfecto. Quā utiq;
 in me in vno tibi distinxī. Tūc erat
 illoz qui discedētes a seculari vita
 studebāt valde mortificare sua coz-
 pora. Scdm erat illoz qui pncipali-
 ter vacabāt ad occidēdū ppriā vo-
 luntatem. Et istī sunt illi pfecti que
 se nutriebant ad mensam sancti de-
 siderij. Nunc autem in particulari
 tibi loquar licet loquendo tibi pro-

Tractatus.

derit etiam alijs: et ita tuo desiderio satisfactam. Ego volo te precipue tria facere: ut ex ignorantia non impediat in aliquo perfectio tua ad quam ego te video et invito: et ut aduersarius diabolus sub specie boni atque matello virtutis caritatis proximi nutrire non valeat in anima tua radicem presumptionis: quoniam hinc in falsa iudicia precipitareris que tibi prohibui. Tibi quidem iuste iudicare videretur: et e conuerso tu iudicares iniuste sequendo tuum videri. Et aliquando demonium veritates tibi plures ostenderet: ut postea te precipitaret in falsitatem atque mendacium. Et hoc ideo faceret ut esses iudex intentionum atque mentium creaturarum habentium in se rationem. Et hoc est absolute solum modo meum. Hoc est vnus ex illis que volo quod omnino serues: et habearis in te: vix quod neminem iudices absque modo: sed volo iudicium tuum habere modum. Modus autem est iste quod nisi defectum proximi tui prius expresse non solus: semel vel bis: imo plures aperte manifestarem in mente tua non debes in particulari redarguere: vix illum in quo tibi videtur esse defectus. Sed in communi corrigere debes vitia te visitantium caritativae: plantando virtutes: et cum affabili benignitate. Tamen quando videris expedire cum benignitate poteris: etiam asperitatem immiscere. Quamuis ergo tibi videatur quod ego tibi pandam defectus alienos: nisi cognoscas expresse meam esse reuelationem: ut iam di-

xi non arguas in particulari: sed ambula per viam tutiorem: ut vitare possis astutiam atque fraudem diaboli. Quia cum habeo talis desiderij te decipere posset inducendo te ad iudicandum in proximo quod a veritate remotum esset: vnde posses cum sepe frustra et iniuste scandalizare. Unde sit in ore tuo silentium: vel vnum sanctum colloquium in commendando virtutes et vitia contemnendo. Et quando tibi videretur in proximo tuo defectus aliquem agnoscere cum quadam humilitate dulci vnascum: etiam temetipsam argue. Tunc si vero vitium illud erit in proximo quem corrigere cupis: absque dubio corripitur: et emendabitur agilius attendendo te: ita dulciter esse comprehensum: et illico tibi dicet illud quod ei dicere volebas. Tu vero securus stabis: et ita diabolo precidisti: et obstruxisti viam: quia te deciperi non valebit: nec impedire perfectionem anime tue. Itaque volo te prudenter advertere: quod confidere non debes in aliqua visione: sed potius huiusmodi postrigare coneris: et eas humiliter corde vitare. Et solummodo remanere studeas in agnitione tue: et in te cognoscere meam estimabilem bonitatem. Ita faciunt illi qui perueniunt ad statum perfectionis de quibus tibi dixi: quia quotidie redibant ad valles cognitionis ipsorum. Neque tamen hoc impediebat in eis altitudinem visionis quam in me fecerant. Et hoc vnum est illorum trium que te volo seruare: ut in veritate mihi seruias.

Tertius.

Si quis in oratione videret alium quem proximum esse tenebrosam: non tamen debet ex hoc a seruo dei temere indicari quod ille sit in peccato mortali. *Lapi. cii.*

Secundum est de quo declarari petisti: quod si quandoque contingeret: quod me rogares in particula pro aliquibus proximis tuis: et in oratione videres in uno pro quo rogas aliquod gratie lumen: et in alio non: licet ambo sint amici mei: sed tibi videretur: quod unus mentem haberet inuolutam atque tenebrosam: tu vero non debes: nec etiam virtuosum te potes enim iudicare: quod graui culpe subiaceat: quod frequentissime iudicium huiusmodi falsum esset. Unde volo te non ignorare quod aliquando: tu me rogas pro eadem persona: et una vice videbis eam cum lumine iocundo: et uno desiderio sancto coram me intantum: quod de bono illius videbitur tibi: quod anima tua pigrescat: ut affectus vere caritatis erigat: sicut ut unusquisque letetur: et exultet de prosperitate proximi sui: et alia vice videbis eam ita: quod tibi videbitur mentem suam valde remotam a me totam tenebrosam atque molestis eragitatam ita quod tibi metipsum videbitur valde laboriosum orationem effundere coram me pro eo. Quandoque hoc ex aliquo contigit defectu illius pro quo rogas multoties tamen occurrit: non ex defectu suo: sed quoniam ego deus eternus ab eius anima me subtrahi per sensum pro: ut: ego frequenter ago: ut anima p-

ueniat ad perfectionem prout: ego in statibus anime tibi narraui. Quod me quandoque subtrahit per sensum sed non per gratiam. Unde tunc anima non sentit aliquam dulcedinem vel consolationem: ideo mens est arida sterilis atque pendosa quam penam etiam extendere permitto: visus ad animam illius qui orat pro tali. Et hoc ago ex affectuosa caritate quam habeo ad illam animam que recipit orationem: ut ille qui me rogat una secum adiuuet ad dissoluendam nebem que mentem eius obumbrauerat. Itaque dulcissima filia vides cum quanta procedit ignorantia: et quantum esset arguendus ille qui iudicare vellet ex ista simplici visione: quod vitium graue foret in anima tali quod nis: ego demonstrassem: ita tenebrosam: de qua iam vidisti: et intellexisti: quod non est priuata gratia: sed solummodo sensu dulcedinis quam ei de me dabas. Igitur volo tu quod quod velle debes: et alii serui mei quod attendatis: valde diligenter ad agnitionem vestri: ut perfectius agnoscat in vobis inertimabilem bonitatem meam. Et hoc et aliud etiam iudicium mihi relinquatis: quod meum est et non vestrum. Sed omitteratis iudicium quod utique meum est et assumatis vestre menti compassionem: erga proximum cum fame honoris mei atque salutis animarum cum anxio desiderio annunciano virtutes: vitia vero redarguite in vobis et in eis: ut ibi superius est expressum. Et in hunc modum in veritate venies ad me demonstrans apte meminisse

Tractatus.

doctrinae cum obseruantia comedabili quam ab incarnata veritate recepisti v3 in omnibus voluntatem meam iudicando et non voluntatem hominum. Et ita facere debes si desideras in veritate virtutem adipisci realiter et in morari iugiter in ultimo perfectissimo atque glorioso lumine nutritiundo te semper in mensa desiderij sancti de cibo salutifero aiarum ad gloriam et laudem sancti mei nominis.

Quo penitentia summi non v3 p fundamento principali sed affectus et amor virtutum. *Capl. ciiij.*

Mibi carissima filia dixi tibi duo bus nunc vero tertium addam quod a te requiro circa quod habere aduertentiam et argue temetipsam si quibus molestiam semiseris a diabolo: vel a presumptione tua desiderando videre seruos meos oes ambulare per viam illam per quam tu vadis. Nam hoc est contra doctrinam quam veritas incarnata tibi tradidit. Quod frequenter occurrat quod alij vadunt per viam abstinentie: vel admirabilis penitentiae: et ita vellent oes agere. Si vero ita fieri non viderint assumant inde displicentiam et in se scandalizant iudicando tale non ambulare salubriter. Attende quod isti valde decipiuntur: quod frequenter accidit quod ille de quo sic iudicant amplius merebitur hanc gratiam sed ipse se non affligat in tanta penitentia quam illi qui scandalizant in eo et maiori penitentia perterunt. Et ideo tibi iam dixi quod illi qui paenitent in mensa penitentiae nisi procedant cum humilitate vera: et quod per

principali fundamento: et affectu non assumant penitentiam ipsam: sed per virtutis instrumentum: sepe per huiusmodi murmurationem suam perfectionem offendunt. Et ideo non debet ignoranter recedere sed attendere: quod perfectio non consistit solummodo in macerando corpus: imo potius in occidendo pueriam atque propriam voluntatem. Et per hanc viam abnegate voluntatis et voluntati mee subdite desiderare debetis oes ambulare. Haec est doctrina lucis illius luminis gloriosi in quo anima philosophata currit induta realiter voluntatem meam. Non tamen ego extendo penitentiam: quod penitentia quidem utilis est ad domandum atque castigandum corpus quod contra spiritum impugnat vellet. Sed amatissima filia nolo quod hoc accipias tanquam regulam omnibus imponendam. Nam omnia corpora non sunt equalis complexionis quod nature fortioris est vnus quam alter. Et est quod frequenter occurrat quod per accidens diuersa penitentia iam acceptam oportet omittere. Itaque si fundamentum esset in te: vel alteri persuaderes quod super penitentia faceres vel faceret ois difficeret et esset imperfecta. Et ita consolatio vobis adest et virtus in anima cum essetis primati re quam inordinata diligebatis vbi seceratis principia vestra: et ita iudicatis vos esse penitentes gratia mea. Sic igitur existimantes veniretis ad importabilem tedium etigentem amaritudinem atque confusionem ex quo perderetis exercitium vestrum atque orationem seruientem quam offerre mihi solebatis agendo penitentiam illam. Qua dimissa per occurrentiam plurima: non sapit vobis oratio illomodo quo prius: imo quodammodo vult

Tertius.

Acti insipida. Hoc vero ptingeret qz
fundamentū esset collocatū in cor/
porali penitētia z in eius affectu: z
nō in anrio desiderio sancto. Deside/
riū intelligo hanc atq; realiū virtu/
tum. Itaq; potes attente p̄siderare
quot inconueniētia mala sequerent̄
vobis volendo facere p̄ncipiū atq;
fundamentū i penitētia corpora i
q; p̄ccederetis ignorāter z iniuste
murmuraretis p̄tra seruos meos z
veniretis ad amaritudinē valde te/
diosa. Et mihi seruire studeretis
opibus finitis cū ego sim bonū eter/
nū: z infinitū: z ideo a vobis expecto
desiderium infinitum. Q̄ portet er/
go q; fundamentum vestrum sit in
occidendo z abnegando propriam
voluntatē: z cum ea voluntati mee
subiecta mihi p̄cedebitis infinitum
sancticum atq; dulce desiderū ho/
norem meum exquirendo: z anima/
rum salutem. Et ita nutrietis vos i
mensa sancti desiderij quod nunq; i
se vel in proximo suo scandalizatur
sed in omnibus exultando gaudet
atq; fructum extrahit de tot: z ita
varijs modis quos in animarum sa/
lute teneo. Non ita faciunt illi mi/
seri qui doctrinam istam observare
nolunt viam vtiq; dulcem atq; dir/
rectam a dilectissimo filio meo vo/
bis exhibitam z ostensam: imo faci/
unt oppositum iudicando temere
iuxta cecam infirmitatem eorum.
Et ideo veluti frenetici suam viam
ignorant: vnde semetipsos inueni/
unt esse priuatos bono terreno pa/
riter z celesti. Et vt alias dixi gustāt
in vita presenti arraz inferni.

Repetitio in summa cum qua/
dam additione de reprehensione p
ximi. Cap. cv.

Nunc ergo filia carissima sa/
tisfaciendo tuo desiderio de/
clarauit te super eo quod a me postu/
lasti v; quomodo proximum argue/
re debeas ne quandoq; demoniaca
fraude decipiaris: nec etiam ab in/
fimo iudicio tuo: quia v; in genera/
li arguē debet: z non in speciali ni/
si forte tibi reuclasset expressse: sed
cum humilitate sicut admonuit te
redarguere debes vna cum eis te/
metipsam. Etiam tibi dixi z itera/
to dico: quia nullo modo licet tibi
iudicare creaturam aliquam ratio/
nalem in cōmuni siue particulari:
neq; mentes amicorum meorum si/
ue repperias eas esse dispositas: vel
etiam indispositas: propalando ti/
bi causam quare iudicare nō debes
quia iudicādo proculdubio te frau/
datam inuenires in tuo iudicio.
Sed tu pariter z alij compassionē
habere debetis: iudicium vero mi/
hi relinquatis. Etiam te docui do/
ctrinam quaz exhibere debes veni/
entibus ad te pro cōsilio quomodo
possint egredi de tenebris mortali/
um peccatorum: z viam prosequi
virtutum: vt videlicet eis exhibere
coneris pro p̄ncipio atq; funda/
mento virtutum amorem: z affe/
ctum cum ipsorum agnitione pari/
ter z mee bonitatis lēis z abnegēt
z occidant in se propriam volunta/
tem: vt in nullo mihi penitus rebel/
les inueniant. Penitētiā autē eis ex:

Tractatus.

habe velut instrumentum virtutis: et non pro affectu principali: sicut iam dixi: non tamen equaliter omnibus: imo prout videris eos ad portandum aptos: et iuxta possibilitatem atque statum suum. Aliqui possunt amplius aliqui vero minus: secundum aptitudinem exteriorum instrumentorum. Et quod te monui quod in generali proximos argueres: et non in particulari: nolo tamen ut credas quod actualiter videndo quendam expressam defectum in proximo tuo tu non possis eum corrigere inter te et ipsum imo potes. Et etiam si esset obstinatus ad se corrigendum ordinate potes et iuste manifestare duobus: vel tribus. Et si non prodest ita fecisse potes ecclesie sancte corpori mystico patefacere. Sed ego te cautam esse volui ne temere iudicare velles ex aliqua visione leui: vel per sensum in tua mente: nec etiam per visum exteriorum in non debes precipitanter: et incaute prospicere ad arguendum proximum in speciali: nisi tibi constaret a me procedere per expressam revelationem: et eo modo sicut iam dixi. Hec via tutior est ut a diabolo decipi non valeas sub umbra caritatis proximi.

De signis ad agnoscendum: quando visitationes: et visiones mentales adeo sint: vel a diabolo. *Cap. cvj.*

Quoniam plenissime carissima filia declarare te super hoc articulo quantum expediens est ad conservandam et augendam perfectionem in anima

tua. Modo te declarare volo super eo quod a me postulasti: videlicet de signo quo possis aperte cognoscere si visio vel visitatio mentalis quae anima recipit aliquando: fuerit a me: vel a diabolo. Super hoc alias tibi dixi quod quando procedit a me visitatio signum erat alacritas in anima remanens post visitationem: sicutque virtutum et precipue cum anima remanet uncta virtute profunde humilitatis atque divinae caritatis igne succensa. Sed quod petis utrum in alacritate tali possit interesse fraus aliqua diabolica: quia si sic esset velles via tutiori per ambulare: videlicet habendo et attendendo signum virtutis quod decipi non valet: ego tibi pandam in presenti fraudem que recipi potest: et quomodo cognoscere possis utrum alacritas illa fuerit in veritate an non. Fraus inimici potest isto modo recipi. Ego volo te nosse quia quodcumque creatura rationalis amat vel optat habere postquam habuit inde gaudium habet. Et quanto magis amat id quod habet tanto minus videt: vel prudenter agnosceret studet: unde venerit ex delectatione quam habet: et assumpsit habendo rem quam optauerat. Que delectatio: vel alacritas inordinata mentem eius impedit ne videat vel discernat. Sic isti qui delectantur et appetunt habere consolationes huiusmodi: mentales: visiones exquirunt et amplius principalem affectum in consolationis delectatione posuerunt quam in me directe. Sicut ego tibi dixi de illis qui adhuc

Tertius.

erāt in statu imperfecto qui magis attendebant ad vniuersam consolationem quam ad me donatore recipiebant quam ad me caritatis affectum cum quo largior eis. Hinc ergo tales in allachritate sua facillime decipi possunt ultra fraudes alias quas in alio loco tibi distincte recitavi. Aliquando namque fraudantur in isto. Quia postquam ipsi conceperunt amorem et aviditatem ad huiusmodi consolationes ut est dictum ex quo postea recipit consolationem: vel visionem eorum anima letatur valde: quia se recipisse videt quod amat et optabat habere. Unde sepius hec allachritas a demonio procedere potest licet allachritatem huiusmodi sentiret de qua tibi dixi quod quando visitatio precedebat a demonio veniebat ad animam cum quadam allachritate postea vero est pena remanebat atque conscientie stimulo vacua virtutum desiderio. Nunc autem auiso te quod anima quando poterit allachritatem istam habere ac etiam cum eadem ab oratione surget. Attente tamen aduertendum est quia si fuerit hec allachritas absque virtutis ignifero desiderio et humilitate peruncta non remanserit anima: nec in fornace mee diuine caritatis exusta talis visio: consolatio: et visitatio indubitanter a diabolo procedit: et non a me non obstante: quod anima signum allachritatis in se perceperit. Sed quia talis allachritas iuncta non est cum affectu virtutis modo predicto manifeste patet allachritatem illam ab amore mentalis consolationis pro-

prie procedere. Ideo letatur anima gaudendo quod habet quod optauerat. Nam est amoris vera conditio in occurrentibus quibuscumque sentire gaudium habendo quod amat et optat. Itaque confidendum non est in hac allachritate pura: licet allachritas illa simul cum tali consolatione perduraret: vel etiam ultra. Quoniam amor ignorans ex ipso gaudio non agnosceret ibi fraudem ad esse diabolicam non ambulando cante eius ampliori prudentia. Si vero prudenter ambulare studebit attente considerabit utrum allachritas ista associata fuerit ab affectu virtutis. Et ita manifeste perpendet visionem huiusmodi fuisse meam vel diaboli. Hoc est ergo signum illud quod mediante possis intelligere qualitates huius allachritatis quando mens visitatur a me: ut cum est vnita eius affectuoso desiderio virtutum. Hoc est utique verissimum signum: ut quislibet agnoscere possit aperte quando visitatur a me: vel quando talis allachritas ab amore consolationis proprie procederet. Etiam visitatio diabolica cognoscitur aperte: quia prebet aliquam allachritatem in aspectu primo: et in fine tantam virtutem in se repperit quantam prius habebat: et allachritas ista procedit ab amore proprie consolationis quam optat: ut est ibi supradictum. Etiam volo te nosse quod non omnes ab hac allachritate decipiuntur: nisi solummodo tales imperfecti qui letantur gaudendo talibus visionibus atque propriis consolationibus qui magis

Tractatus.

attendūt ad mea vōna q̄ ad me do-
natorē. Sed illi qui pure sine respe-
ctu proprie consolationis eorum at-
tendunt ad affectum mee diuine ca-
ritatis cū qua largior ab hac alla-
chritate nullatenus decipi valent.
Et ideo subito recurrūt ad istud ve-
rissimū signum qm̄ diabolus vellet
aliquē cū fraude transformando se i
angelū lucis eos illaqueare siue de-
cipere veniens ad mentes eorū cum
alachritate iocunda. Ipsi vero qui
mīme passionati sunt ab amore p-
prie consolationis illico prudenter in
mentibus eorū agnoscūt diabolicas
frandē. Nā allachritate cōto p̄tereū
te p̄spiciunt se tenebris esse circūda-
tos. Et ideo semetipsos humiliāt cū
vera noticia sui p̄tēnendo q̄cunq̄
consolationē amplectentes: et astringē-
tes mee veritatis doctrinā. Demo-
niū vero vidēdo se p̄fusus ultra nū-
q̄ vel raro saltē sub illa forma redi-
bit. Illi vō qui suas consolationes appe-
tūt: vt ibi dixi sepe decipientē nisi di-
ligēter attēdāt ad huiusmodi frau-
dem agnoscendā: et vitandā cō mo-
do quo sup̄ius ē exp̄sum: v̄ inueni-
endo talē allachritatē absq̄ virtu-
tis affectu et si nō p̄cipiant postea se
virtutis humilitate punctos et ve-
ra caritate succēsos erga meū hōno-
rem et aīarū salutē: hoc egit mea bo-
nitas inestimabilis. s. q̄ ita p̄uidit
circa vos imperfectos atq̄ perfectis
in quolibet gradu ne decipi hoīes
valeant inquantū in se p̄seruare vo-
luerint lumen intellectus a me gra-
tiose p̄cessum cū pupilla sanctissime
fidei. Nec obūbrari se p̄mittant ab

aduersante demonio: nec ab amore
proprio qd̄ si sponte p̄dere non vul-
tis null' oīo a vobis poterit auferri.

Quomodo deo valde placet ille
qui petit et pulsat cum perseveran-
tia ad ianuā sue veritatis. Ca. cvij.

Satis apte carissima 'filia' cui
oculum intellectus illumina-
ui: vt prudenter vitare valeas ini-
mici generis humani fraudes tuo
desiderio satisfaciendo super eo qd̄
a me postulasti: quia non contemno
sancta desideria seruatorum meorum
imo libenter accepto: et vos ad po-
stulandum inuito. Et quod ampli-
us est. Amatissima filia noueris qz
valde mihi displicet ille qui nō pul-
sat in veritate iuxta portam sapien-
tie vnigeniti filij mei sequendo rea-
liter saluberrimam doctrinā eius.
Quam omnis quin sequitur voces
sancti desiderij pulsat ingiter ora-
tionibus humilibus atq̄ continuis
vociferans ad me patrem eternū.
Ego vero sum pater ille qui vobis
exhibeo panem gratie celestis me-
diante p̄dita dulcis mee veritatis.
Aliquando tamen ad probāda ve-
stra desideria vna cum perseveran-
tia dissimulo vos audire tamē vos
intelligo et interim prouideo prout
expedire video salutē vestre. Insu-
per exhibeo famem vobis et vocem
qua clametis ad me. Postea vidē-
do constantiam vestram: desideria
vestra libenter adimpleo quando
sunt ordinata et in me directa. Nō
ita petendum atq̄ pulsandum ve-

Tertius.

ritas incarnata vos, inuitabat in euangelio dicens. Querite et inuenietis: petite et accipietis: pulsate et aperietur vobis. Et ita volo te facere: et nunquam villo tempore desistas a me subsidium ingenti desiderio postulare: voce grandi mihi supplicando: ut mundo miserabili misericordiam faciam: neque pulsare desistas ad ianuam veritatis incarnate sequendo realiter vestigia sua. Delecteris insuper in cruce secum manducando cibum animarum ad gloriam atque laudem sancti mei nominis iugiter emittendo mugitum cum cordis anxietate super morte generis humani: quia vides ipsum ad tantam miseriam adductum quod lingua tua nesciret exprimere. Cum huiusmodi mugitu et clamore meorum amicorum dispono mundo facere misericordias. Et hoc est quod a te: nec non et ab alijs amicis meis iugiter erpeto: et hoc erit pro signo quod in veritate me diligatis. Et ego permitto vobis vestra sancta desideria nullo modo contemnere.

Qualiter hanc animam deo regratatur deindeque pro toto mundo facit orationem et precipue pro suis in christo filiis et pro duobus patribus anime sue. Postea aliqua postulat.

Capitulum cxiij.

Inc anima predicta tanquam ebria videbatur extra semetipsam et alienatis ex toto sensibus corporis libus ex amoris unione quam in crea-

to suo fecerat: elenata mente speculando veritatem eternam cum oculo intellectus veritate cognita: philocapta fuerat in ipsa dicens. O summa et eterna dei bonitas: que siue qualis ego sum humilis atque pauperem la cui tu pater eternus ita dignatus es tuum patefacere veritatem: et occultas diabolicas fraudes ac etiam proprii sensus vitabilem passionem imo deceptionem qua ego pariter: et alij serui tui decipi possumus in ista miserabili vita nostre peregrinationis: ut ambulemus cum cautela prudenti. Quis obsecro te mouit. Solus amor: quia me dilexisti non amatus a me: imo priusquam essem. O dilectionis ignis ineffabilis. Gratias: gratias ago tibi pater eterne. Quia sum imperfecta circumdata tenebris obscuris. Tu vero perfectio summa et lux inaccessibilis ostendisti mihi perfectionem: et viam lucidissimam doctrinam: videlicet optabilem atque salubrem vniuersi filij tui. Ego iam obsecram et tu me resuscitasti. Multo tempore iacueram infirma tu vero mihi medicinam exhibuisti. Nec solummodo medicinam pretiosi sanguinis vniuersi filij tui quam vniuersaliter humano generi tribuisti: sed in particulari mihi tradidisti medicinam optabilem: contra quamdam occultam egritudinem quam etiam ignorabam: nec illam agnoscebam instruendo me: quod nullatenus: ego iudicare presumam aliquam rationalem creaturam: et precipue seruos tuos de quibus aliqui velut ex-

Tractatus.

causa et egrotans hac eram infirmitate corrupta quia sub colorata specie tui honoris atque salutis animarum ego temere iudicabam. Et ideo tibi re gratior affectuoso corde summa et eterna bonitas: quae manifestando veritatem tuam; diabolicas fraudes atque passionem propriam tu mihi notificasti meam egrediamur. unde maiestati tue supplico: ut misericorditer atque gratiose: mihi concedas: ut hodie finis imponatur: et terminus: ut ego nunquam egrediar a via saluberrime doctrinae tuae quam mihi pariter: et alijs omnibus qui sequi voluerint eam ita gratiose tribuisti: quia sine te nihil omnino fieri potest. Igitur ad te confugiendo recurre pater eterne. Neque pro me sola tibi supplico: sed vniuersaliter pro toto mundo et praecipue pro corpore mystico sancte matris ecclesiae: peto quod ista tua sacra doctrina reluceat in ipsius ecclesiae sancte ministris. Maxime vero singulariter a te cum instantia postulo pro cunctis illis quos mihi dedisti: ut amore praecipuo diligas quos ex affectu singulari fecisti vnum esse mecum. Nam ad honorem et laudem tui sancti nominis mihi valde gratum et acceptabile refrigerium erit eos ambulare videndo cum sancto seruire per viam huiusmodi dulcem atque directam. Opto namque quod ipsi per eam velocissime curant mortui penitus ad omnem voluntatem propriam absque iudicio quocumque temerario: sine scandalo: sine murmuratione contra proximum. Et amor mihi dulcissime supplico ti-

bi quod nullus eorum ab infernali demone de manibus meis auferatur ut in ultimo die perueniant omnes ad te patrem eternum. Insuper offero maiestati tuae petitionem aliam pro duabus columnis vix pro duobus patribus quos ad custodiam atque doctrinam in terra mihi tribuisti a principio mee conuersationis: vixque nunc in subsidium et ad roborandam infirmitatem meam: ut eos in simul vnias et in duobus corporibus vniam animam introducas: et neuter eorum attendat ad aliud quam ad perficiendum in eis: et in mysterijs quibus in manibus hodie posuisti gloriam et laudes tui sancti nominis in salutem animarum. Et ego miserabilis et indigna serua: ut filia modos illos cum debita reuerentia teneam erga illos amore tui: qui cedant ad honorem tuum pacem et quietem ipsorum et edificationem proximorum. Certissime spero veritas eterna: quia non condones affectu sum desiderium meum: neque petitiones quas obtuli maiestati tuae. Nam aperte vidi et agnosco potest voluisti mihi patefacere licet etiam experientia me docuerit: quod sancta desideria libenter acceptas. Ego autem indigna serua tua conabor iuxta posse gratia tua fauente doctrinam atque precepta tua cum diligentia seruare. O pater eterne recordor vniuersi verbi tui quando recitabas aliquid de ministris ecclesiae sancte: quod promisisti quod alibi latius enarras de defectibus quos hodierna die committunt. Ideo si placet implere pro

Tertius.

missum audiam: ut augetur in me materia doloris atq; compassionis cum sancto desiderio in salutem ipsorum. Jam. n. supra promissisti qd cum oratione continua: lacrimis: doloribus sudoribus atq; multa tollerantia seruatorum tuorum nobis exhiberes optabile refrigerium in sanctis & bonis pastoribus ecclesiarum virtuose reformando. Ut igitur hoc in me crescat ideo postulo.

Quomodo deus hanc animam ad orationem sollicitat respondendo ad aliquam supradictarum petitionum.

Cap. lxx.

Tunc deus eternus misericordie vertens oculos: huiusmodi desiderium vna cum illis petitionibus acceptabat: & vltime petitioni quam ei porrexerat volendo satisfacere dixit. O carissima filia super eo quod a me postulasti tuum desiderium adimplebo dum tamen ex parte tua non committas ignorantiam sine negligentiam: qz multo grauius offenderes, & acriori reprehensione digna forez postea qm prius: qz clarius: & amplius de mea veritate cognouisti. Et ideo valde sollicitus es orationes effundere pro creaturis omnibus rationalibus: & pro corpore mystico sancte matris ecclesie atq; pro illis quos tibi tradidisti: ut amore singulari diligas. Igitur absq; negligentia iugiter orationem preberas in conspectu meo prebendo proximis in vita virtutis exemplum: atq; verbi doctrinam: arguendo vi-

tia: & commendando virtutes indefesse. De columnis vero quas tibi gratiose concessi & de quibus mihi dixisti fac ut sis eis vnum medium tribuendo vtrique prout expedit: & secundum aptitudinem eorum: ut ego creator tuus instruxero te: quia sine me nihil omnino potes facere: & ego tua desideria salubriter adimplebo. Sed vide ne deficiatis: tu & ipsi fideliter in me sperando: quia prouidentia mea nunquam deficiet vobis. Et quilibet humili corde recipiat illud quod est aptus ad recipiendum. Et vnusquisque ministret illud quod: ego tribui & in futuro tribuam ad ministrandum iuxta modulum suum: prout a mea bonitate recepit & recipiet.

De dignitate sacerdotum atq; de sacramento corporis velu christi. Et de his qui digne vel indigne suscipiunt vel communicant. Cap. lxx.

Tunc vero tibi respondere dispono super eo quod a me postulasti de ministris ecclesie sancte. Et ut veritatem apertius agnoscere valeas aperi oculos intellectus & ipsorum excellentiam attendere diligenter: & in quanta dignitate sunt a me constituti. Et quia contraria iuxta se posita magis clucescunt. volo tibi demonstrare dignitatem eorum qui virtuose thesaurum a me commissum in manibus eorum erercent. Et ex hoc apertius intelligere poteris miseriam eorum qui hodie pascuntur siue nutriuntur ad vbera sponse mee. Tunc ut obediret anima

Tractatus.

speculabatur attentius in veritate ubi videbat aperte relucere virtutes in veris gustatoribus. Tunc ait aīc deus eternus. Carissima filia p̄ us tibi volo narrare dignitatē corp̄ in qua pp̄ bōnitatē meā eos collocaui ultra generalē amorem q̄ habeo et oīdī ceteris creaturis meis creando vos omnes ad imaginem atq; similitudinē meam. Et postea vos ad gratiam in sanguine dilectissimi filij mei recreavi vnde venistis ad tā tam excellentiam ex vnione diuinitatis facta per vnigenitum filium meum in humana natura: q̄ in hoc exceditis angelos: quia vestraz humanam et non angelicam vnuit sibi naturam. Unde sicut iam dixi deus factus est homo: et homo factus est deus ex vnione vtriusq; nature. Dignitas hec et excellentia: generaliter est cōcessa creaturis omnibus que sūt ratiōe capaces. Inter omnes autem elegi ministros meos p̄ salute vestra vt ab eis vobis quotidie sanguis vnigeniti filij mei ministraretur qui vere est humilis et immaculatus agnus. Istis etiā vt ita loquar exhibui solem ad ministrandum: ipsis exhibendo scientie lumē atq; calorem mee diuine caritatis: insup̄ et colorem vnitiuū cū lumine pariter et calorem v̄ vnigēiti filij mei verum corpus et sanguines. Quod vtiq; corpus est veluti sol qui mecum est vnitus qui sum vere sol. Et hec vnio talis est atq; tanta quod ibi nulla segregatio potest habere locū sicut sol diuidi non potest neq; calor eius a luce: neq; lux a calore ex

vnione sue p̄fectionis. Iste sol a sua rota non abscedens vniversum orbē illuminat ac ēt oēs volētes ab eo calefieri q̄tuz est in se calefacit nec ex alicuius immunditia sol iste sc̄ datur vel inquinari potest. Et eius lumen secum est iugiter vnitū vbi iam dixi. Sic hoc verbum v̄ vnigenitus filius meus verus est sol: totus deus et totus homo quia mecum est vnū et ego secū. Idōtētia mea nō ē a sua sapia sepata: neq; calor ignis sancti spūs est a me p̄re nec ab ipso filio meo segregatus q̄ nobiscū vnū est: q̄ spūs sc̄s a me patre et ab ipso filio meo p̄cedit q̄ sumus idē ipse sol. Ego sum ille sol deus eternus v̄ procedit vnigenitus filius meus atq; spūs sc̄s. Spūs saneto est ignis appropriatus: filio meo sapia in qua sapia ministri mei gratie lumē hauriūt q̄ ministrauerūt lumen hoc in lumine et cum gratitudine beneficii recepti a me patre: sequēdo in veritate doctrinam istius vere sapiētie filij mei: hoc est lumen illud: quod hēt in se colorem vere humanitatis vnū equidem vnitur alteri. Unde lumen diuinitatis mee fuit illud lumen vnitum cum colore humanitatis vestre qui calor effusus est valde lucidus q̄n̄ fuit impassibilis virtute nature diuine. Et hoc obiecto mediante huius incarnati verbī conspersi et inserti cum lumine mee deitatis: et cum ignito calore sancti. Et habuistis in veritate lumen. Cui lumen istud ministrandum exhibui. Ministris meis in corpore mistico sancte matris ecclesie: vt vitaz

Tertius.

habetis ab eis accipiendo venerabile sacramentum corporis eius in cibum et sanguinem eius in potum. Dixi tibi quod huiusmodi corpus est veluti sol: unde non potest vobis exhiberi corpus absque sanguine: neque corpus atque sanguis absque anima filii mei: neque corpus et anima sine divinitate: quoniam unum ab altero separari non valet. Prout alibi dixi tibi quod natura divina nunquam separata fuit ab humana natura: nec in morte: nec in alio casu: neque separari potest. Itaque totam divinam essentiam in hoc venerabili sacramento recipitis sub albedine panis illius. Et si cut non potest dividi sol ita dividi non valet in hac albedine panis vel hostie totus deus atque totus homo quantumvis in mille divideretur particulis hostia si possibile foret sub quolibet particula totus deus: et totus homo contineretur ut iam dixi accidit enim sicut in speculo quod quantumvis in se dividatur ibi tamen ymago representata non dividitur: sic hanc hostiam dividendo non tamen dividitur totus deus: et totus homo: sed in qualibet particula continetur ex integro: nec in semetipso minuitur: ut apparet in hoc sequenti exemplo. Si tu haberes unicum lumen et orbis uniuersus accederet pro isto lumine participando singulis de tali lumine: in se tamen huiusmodi lumen in aliquo non minuitur et omnibus videtur habere totum verumtamen aliqui plus et aliqui minus ex isto lumine participant iuxta materiam quantitatem quam ille qui debet reci-

pere portat: nam in tali quantitate recipit ignem. Et ut apertius intelligas exemplum hoc attende. Si plurimi portarent candelas ad accedendum: et una poderis esset unus vntic: alia duarum sine sex: vel vnius libere: et quibus omnibus accessis in qualibet parte et magna totum lumen accipias ut calor et color: et ipsum lumen: indicabis tamen quod minus de lumine recipiat ille qui candela parua accedit quam ille qui maiorem. Ergo ita contingit in hoc venerabili sacramento de his qui recipiunt illud et eorum candelas afferunt: ut sanctum desiderium cum quo recipiunt ipsum venerabile sacramentum. Que candelae sunt in semetipsis extinctae: sed accedunt in perceptione preciosi sacramenti huius. Extinctas esse dixi quod quos ipsos omnino nihil estis: neque valeatis: verumtamen ego vobis exhibui materiam cum qua nutrire possitis in vobis huiusmodi lumen. Materia namque vestra est amor: quoniam ex amore creati vos: ideo neque vivere potestis absque amore. Hoc esse vobis ex amore traditum habuit in sacro baptismo dispositionem quem accepistis in virtute sanguinis virginis filii mei. Nam alias participare nullo modo possitis ex hoc vero lumine: sed essetis sicut candela sine licinso interiori que succendi non potest neque lumen in se recipere valet: nam hoc licinsum in quo recipitur lumen huiusmodi hoc est fidem sanctam coniunctam cum gratia quam in baptismo recipitis cum affectu anime vestre a me create que apta est ad amandum intantum quod absque amore vivere nequit: imo

Tractatus.

cibus eius est amor: ut iam dixi. Sed ubi succenditur: hec anima taliter vnita. Proculdubio succenditur ad ignem mee diuine caritatis eius sancto timore pariter et amore mei sequendo veritatis incarnate doctrinam. Tamen accenditur amplius vel minus prout affert anima et exhibet huic igni materiam: quia licet habeatis omnes eandem materiam quia videlicet omnes a me creati fuistis ad ymaginem atque similitudinem meam: et vos christiani lumen habeatis in sancto baptismo tamen vnusquisque crescere potest in amore atque virtute mediante gratia mea prout est de beneplacito vestro. Non quod immutetis aliam formam quam a me recepistis: imo crescit et augmentatur in amore virtutes videntes in virtute et affectu caritatis arbitrio libero vobis tempus est vobis a me gratis concessum: quia transacto tempore facere non potestis. Itaque potestis in amore crescere sicut iam dixi tibi. Et cum hoc amore venire debetis ad recipiendum: hoc venerabile sacramentum: lumen vti que dulcissimum atque gloriosum quod vobis exhibui ministrandum ab electis huiusmodi ministris meis exhibendum vobis in cibum. Atque tantum accipitis ex isto lumine quantum de materia sincere dilectionis et amoris: et igniti desiderii portatis quantum in veritate recipiatis: ut iam tibi dixi ponens exemplum eorum qui candelas afferebant qui sine quantitate ponderis candelarum: ita lumen ac-

cepserant quantum in quolibet videatur esse totum integrum et non diuisum: quod diuisi non potest ex imperfectione vestra quacumque: nec etiam ex imperfectione ministrorum. Tantum ergo percipitis ex isto lumine: vobis de gratia quam in isto venerando sacramento recipitis quantum vos cum sancto desiderio disponitis ad recipiendum. Si quis vero cum culpa peccati mortalis accederet ad hoc venerabile sacramentum ab eo non habet aliquam in se gratiam quantum actualiter in veritate recipiat ex integro deum et hominem: ut iam dixi. Sed amantissima filia nostri qualiter est anime que tantum sacramentum: et tale indigne recipit. Quasi stat velut vna candelam que sit aqua madefacta que si quam taliter ignem accipit illico stridet et extinguitur indilate solummodo fumo remanente. Sic haec anima semetipsam affert candelam quam in sancto baptismo recepit postmodum autem aspergit illam aqua culpe que fuit aqua dirrecte que madefecit licinium in quo stabat lumen gratie baptismalis: exinde vero non calefacta surta vere contritionis igne: neque culpam eius cum humilitate confitendo accessit ad mensam altaris ad recipiendum huiusmodi lumen actualiter: sed non mentaliter. Et quod talis anima fuit indisposita ad accipiendum tale sacramentum in ea gratia non remanet: quod propter aqua culpe fuit extinctus in ea lumen gratie. Tunc autem ipsa remanet in tenebrosa confusione cum maioribus gratiis

Tertius.

nedine culpe. Atque de tam excellen-
tissimo sacramento: non percipit: ne-
que persensit: nisi conscientie stridore
ipsam reuertentem non ex defectu lu-
minis: quod recipere non valet aliqua
in se lesione: sed ex aque defectu qua
in anima reperit que quidem aqua
impedit affectum anime. Unde re-
cipere non valuit illud admirabile
lumen. Itaque videtur quod nullo modo
lumen illud unito sibi calore pariter
et colore diuidi potest: nec ex paruo
desiderio quod anima gerat recipi-
endo sacramentum istud: nec ex de-
fectu qui esset in anima que recipit
nec ex defectu eius qui ministrat. Ut
ergo dixi tibi de sole qui licet per
munda loca transeat ipse tamen nul-
latenus inquinatur neque sordescit.
Ita lumen hoc amentum in isto ve-
nerabili sacramento nullatenus in-
quinari potest: neque diuiditur: neque
minuitur in se: neque a sua ro-
ta separatur: licet vniuersus orbis
de suo luminoso calore comunice-
t. Ita minime separatur hoc verbum
vix unigenitus filius meus a me ve-
ro sole qui sum pater eternus qua-
uis in corpore mystico sancte matris
ecclesie ministratur omnibus volen-
tibus illud accipere: imo totus in me
remanet atque totum accipit: et ha-
betis deum: vix et hominem: ut exem-
plum ego tibi dedi de lumine: quod si
omnes homines mundi suas candi-
das ibi accenderent in se remaneret
ex integro et omnes totum haberent.

Qualiter omnes corporales sensus
in isto sacramento decepti sunt: sed

non anime sensus: et cum illo debet
videri: gustari: et tangi. Et de visione
quadam pulchra. Cap. lxi.

O Carissima filia nunc aperi di-
ligenter oculum intellectus
ad considerandum affectuose mee
caritatis abyssum: quod vere cor vnus
cuiusque creature rationalis ex amo-
re solui deberet attendendo preser-
tim inter alia beneficia mea gratio-
se vobis exhibita beneficium huius
venerabilis et eximii sacramenti. Sed
amantissima filia considerare debes
quod huiusmodi ineffabilem sacramen-
tum debet videri et attractari non
solummodo tactu et visu corporali:
quod corporales sensus penitus in eo de-
ficiunt. Nam albedinem illius pa-
nis tantummodo videt oculus: ma-
nus et nihil aliud palpat gustus
quoque saporem panis inde percipit.
Igitur anime sensibus qui decepti non
valent videri: ut attractari debet:
nisi forsitan ipsa sibi met vellet au-
ferre lumen sanctissime fidei cuius in
fidei dānabili. Soli ergo sensus ani-
me gustant vident: et palpant: hoc
admirabile sacramentum. Sed cum
quo videt oculo: cum oculo intelle-
ctus in quantum intus habeat pu-
pillam sanctissime fidei: hic oculus
videt et attendit sub albedine tali ve-
rum deum: et verum hominem: na-
turam humanam unitam cum na-
tura diuina: corpus animam atque
sanguinem iesu christi animam vni-
tam illi glorioso corpori atque corpus
et animam unitam nature mee diu-
ne tandem a me se nullatenus euellere

Tractatus.

do sine diuidendo: hoc vero si bene recolis in exordio quasi vite tue manifeste tibi patefecit: et non tantum oculo intellectus: sed etiam oculo corporali tuo vidisti: quoniam ex excessu luminis oculus tui corporis illi co defecerit in visu: et in oculo mentali visio sola remanserit. Ostendi quippe tibi pro declaratione tue mentis ad te roborandam contra bellum quod a demonio receperas in ipso venerabili sacramento: et ut in amore cresceres: et in lumine sanctissime fidei. Tu nosti quod cum ad ecclesiam in aurora pergeres: ut missam audires ex quo fueras a demonio molestata: tu stetisti secus altare crucifixi sacerdos autem aduenerat ad altare marie. Igitur te ibi manente tuos considerando defecit: quia dubitabas offendisse: me propter bellum quo te diabolus impugnaverat et attendendo mee caritatis affectum: quia te dignam feceram audire missam cum te ipsam existimares indignam: vel etiam ecclesiam meam ingredi. Quoniam sacerdos verba sacramentalia protulit in altum supra ministrum oculum attollens vidisti me demonstrante lumen unum lucidissimum veluti radium solis a pectore meo procedens prout radius a rota solis egreditur: et tamen ab ipsa rota minime separatur. In quo et cum quo lumine defecit: debet una columba super hostiam pariter: et calice permanendo virtute verborum consecrationis a ministro prolatorum: unde tuus ocu-

lus corporalis omnino defecit ex excessu huiusmodi luminis: nullo modo sustinere valens. Ideo visio remansit solum in oculo mentis: et intellectus. Ibi quoque gustasti et vidisti trinitatis abyssum: et verum deum et hominem absconditum: et velatum sub albedine illa. Neque lumen: neque presentia verbi quam in eadem albedine vidisti intellectualiter auferrebat illam albedinem. Unum aliud non impediebat: quia videlicet videre deum et hominem non impediebat illam panis formam: ita quod non haberet albedinem atque saporem. Ista tibi patefacta fuerunt a bonitate mea. Tunc aperte cognouisti quod huiusmodi visio in oculo intellectus tui remansit. Itaque sicut iam dixi hoc admirabile sacramentum videri debet et attendi principaliter cum oculo intellectus: et eius pupilla sanctissime fidei quia decipi non potest. Manus quoque dilectionis affectuose illud attractare debet et id quod oculus ille vidit: et agnouit in ipso sacramento: fide tangit manu dilectionis veluti se quasi certificans de eo quod per fidem vidit et intellectualiter agnouit. Gustus vero sancti desiderii aviditate multa gustare debet illud. Gustus ipse corporis gustat saporem panis desiderium vero sanctum videlicet anime gustus deum et hominem in veritate gustat. Uides ergo sensus corporales esse fraudatos non autem anime sensus. Imo clarificatur: et in semetipsa certificatur: quia cla-

Terlius.

re vidit cum oculo intellectus et eius pupilla luminis fidei salutaris. Et quia vidit et agnovit ideo tangit a moris manu fidelis: et cum anime gustu et igitur desiderio attendit atque gustat ineffabilem et igniferam caritatem meam cum qua eam se ei dignam: ita gratiose recipere tantum inextimabile sacramentum atque gratiam quam in ipso sacramento se recipere percipit. Itaque nunc aperte cognoscere potes: quia debetis non solummodo sensu corporali recipere pariter et videre sacramentum istud: immo cum sensu spirituali disponendo sensum anime affectuosa mente ad gustandum recipiendum et videndum ipsum venerabile sacramentum.

De excellentia sumentis in statu gratie sacramentum hoc admirabile.
Capit. xij.

Atende filia carissima in qua consistit excellentia quilibet homo congrue recipiens hoc preciosum et admirabile sacramentum. Est enim panis vite cibus angelorum in me namque manet: et ego in eo veluti piscis consistit in mari: et e converso mare consistit in pisce. Sic ego non ingiter in anima: et anima consistit in me mari pacifico. In animalis gratia remanet: quia recipit huiusmodi panem vite persistens in gratia. Ideo panis illius acciden- ter consumptus remanet ibi gratia mea. Similitudinarie loquendo co-

tigit: ut in sigillo quando super cera bene disposita ponitur quo sublato remanet effigies eius in cera sic in anima bene disposita remanet effigies gratie mee virtute istius. Venerandi sacramenti: quia videlicet remanet in ea calor ignite caritatis mee que clementi sancti spiritus est. Ibi quoque manet Unigeniti filij mei sapientia intellectus oculo clarius illuminato in ipsa verbi mei sapientia: ut videat atque cognoscat ipsius veritatis mee doctrinam. Hec ergo sapientia in magna fortitudine remanet participando fortitudinem potentie mee que fortificat animam contra mundum et adversarium atque contra propriam passionem sensitivam. Itaque vides quod in anima remanet effigies inde sublato sigillo: quia videlicet consumptis accidentibus illius hostie verus iste sol in sua rota reuertitur atque consistit. Non quia divisus: vel ab ea segregatus esset: est enim mecum semper unum: et ego secum: sed ab illius mee paterne caritatis vobis exhibuit istum angelicum cibum in vita presentis: ubi viatores estis atque peregrini: ut habeatis inde refrigerium: et non amittatis huiusmodi preciosi sanguinis unigeniti filij mei memoriam salutiferam. Ut ergo vestris indigentibus divina providentia mea subvenirent veritas incarnata se vobis ordinavit in cibum. Igitur attende diligenter quantum obligamini diligere me: quod tam excessivo vos diligo: et quod sum eterna bonitas et omnis
m hii

Tractatus.

respecta dignus a vobis affectuose diligi.

Quomodo deus requirat a sacerdotibus in tanta dignitate constitutis maiorem puritatem quam in alijs creaturis. *Capitulum cxiij.*

Hec omnia dixi tibi charissima filia: ut amplius agnoscas in qua dignitate ministros meos ordinaverim: et ut amplius ex corde percipias amaritudinem atque dolorem super miseras eorum. Si diligenter ipsimet at tenderent ipsarum dignitatem suam non iacerent in tenebris mortalium peccatorum nec inquinarent ita facies animarum suarum. Et non solummodo vitarent offendere me: sed tradendo corpus proprium ad comburendum igni non videretur eis in aliquo satisfecisse mihi pro tam glorioso beneficio. Nam in vita presenti non possunt ad maiorem dignitatem ascendere. Ipsos appello christos meos: quoniam uncti mei sunt. Et hunc angelicum panem vobis exhibendum eis committere decrevit. Et eos veluti flores odoriferos in corpore sancte matris ecclesie collocari: dignitatem istam proculdubio non habet angelus quam hominibus: ita gratiose concessi vobis illis quos ad huiusmodi ministerium meum elegi quos velut angelos terrestres esse volo in vita presenti. In qualibet anima puritatem atque caritatem exquiro vobis ut affectuose me diligat pariter et proximum eius: et quod ei iuxta posse sub-

veniat in oratione sancta simul: et subsidio temporali secum caritative vendendo. Multo tamen amplius a ministris huiusmodi meis exigo puritatem interiore: et exteriori: et amorem ad me similiter: et ad proximum suum ministrando corpus: et sanguinem unigeniti filii mei cum igne caritatis atque fame salutis animarum ad laudem et gloriam mei nominis. Sicut enim isti ministri requirunt et volunt habere puritatem atque iudicium in calice: ubi sit hoc venerabile sacramentum sine sacrificio: ita requiro puritatem: et anime iudicium in eis. Et corpus eorum velut instrumentum anime volo quod in puritate seruet. Neque volo quod se nutriant et innolant in luto fetentis immundicie: neque sint elati per superbiam exquirentes excelsas prelationes: neque crudeles existant in se pariter et in proximo: quod crudelitate suam minime possent uti sine detrimento proximi: quod si sunt sibi metipsis excelsa crudeles etiam proximorum animabus proculdubio crudeles existant pro eo quod non exhibent eis exemplum vite: neque curant eorum animas extrahere de manibus inimicorum: nec eis unigeniti mei sanguinem et alia sacramenta sicut obligant administrant. Itaque quando crudeles existunt in semetipsis etiam in proximo crudeles esse probantur.

Quomodo sacramenta nullo modo debent emi sine vendi: et illi qui recipiunt ea debent huiusmodi temporalibus voluntarie subvenire mi-

Tertius.

nistris.

Capl. cxliij.

Ite volo ministros meos esse liberales: et non auaros: ut ne propter auaritiam: et cupiditatem vendant alicui spiritus sancti gratiam. Nullo modo volo quod ita faciant imo sicuti gratis: et cum magna liberalitate recipitur a bonitate mea: ita gratis: et libero corde sincere dilectionis affectu circa meum honorem atque animarum salutem donare debent omni rationali creature humiliter exposcenti: nec aliquid ei pretio sumere debent. Ipsi namque non emerunt illa: imo gratiose receperunt: ut administrarent vobis. Bene tamen elemosinaliter accipere possunt: Unde subditus huiusmodi sacramenta recipiens iuxta posse ministris ex parte sua subuenire debet. Congruum est enim ut ipsi paschantur a subditis in temporalibus: subditi vero pasci debent a ministris meis in gratia mea: et in spiritualibus donis ministrando sacramenta que sunt a me in ecclesia sancta collocata: ut in salutem vestram ordinato tempore exhibeant. Et vos ignorare nolo quod absque comparatione quacunque valde plus ipsi conferunt vobis quam vos eis: quia nulla comparatio dari potest a rebus finitis atque transitorijs ex quibus aliquid quando vos eis subuenitis ad meum eternum qui sum bonum infinitum. Qui providentia mea et affectuosa caritate paterna illos ordinant: et ea vobis ministrent. Neque solummodo pro tanto sacramen-

tali ministerio vobis ad eis exhibito: sed a quacunque creatura gratia spiritualis aliquid vobis administratur: vel per orationem: vel alio modo: vos cum omnibus temporalibus vestris bonis attingere non valetis ad satisfaciendum pro his que spiritualiter vobis exhibentur absque comparatione. Noueris tamen quod substantiam quam a vobis accipiunt ipsi debent in tres diuidere partes una pro suo victu conferunt, aliam pauperibus distribuunt partem vero tertiam pro reparatione ecclesie: vel alijs necessarijs exponant: et si aliter expenderent inutiliter offenderent sine dubio.

De dignitate sacerdotum et quia sacramentorum virtus ex defectu ministrantium siue recipientium: nullo modo minuitur. Et quia non dant a secularibus corrigi. Capl. cxv.

Ut tibi supradictum est hoc agebat virtuose viuendo dulces atque gloriosi ministri mei de quibus tibi dixi quod ipsorum attenderes excellentiam ultra dignitatem quam eis exhibueram faciendo eos christos meos. Nam exercendo virtuose dignitatem istam vestiti sunt isto dulci atque glorioso sole quem illis exhibui ministrandum. Aspice dulcem gregorium. Siluestrum et alios antecessores atque successores qui subsecuti sunt post principalem pontificem petrum cui tradite fuerunt claves regni celorum a veritate mea pro vobis incarnata que dixit ei. Tibi

Tractatus.

dabo claves regni celorum. Et quod
cumq; solueris super terram erit solu-
tum et in celis et. Attende filia dilectis-
sima: quia me tibi pandente virtutum
excellentiā istorum tibi plenius ostēdas
in quāta dignitate collocaui p̄dictos
mīstros meos: Ista quod est clavis pre-
ciosi sanguinis unigeniti filij mei quod
clavis fuit apta vobis ianua paradisi
quod longo tpe clausa permāserat ex
culpa p̄mi v̄ri parētis ade. Sed ex
quo p̄bū incarnatū humano generi
donauit p̄ redēptione v̄ra sacratissī
ma morte sua saluberrime mortem
v̄ram occidit atq; destruxit de p̄cio-
so sanguine suo vobis habundatissī
me faciēdo balneū. Itaq; p̄ effusus
sanguinē passionē et mortē ei⁹ in vir-
tute natur̄ mee diuine quod fuit vnita
cū humanitate v̄ra celus humano
generi fuit aptū. Clauē autē huius
p̄ciosi sanguinis apostolo petro de-
reliquit atq; cōmissit ceterisq; succes-
sionib⁹ ei⁹ p̄teritis et q; succedēt in fu-
turo: vsq; ad vltimū iudicij diē h̄nt
et hēbūt eādē auctoritatē quod petro
data fuit. Nec ex aliquo defectu cō-
missio p̄ eos hec auctoritas v̄llo mō-
dō minuit: neq; p̄fectio sanguinis auferit
vel alicui sacro: quia tā tibi dixi quod hoc
venerabile sacm̄ veluti sol ex aliq̄
imūditia cuiuscūq; rei nullaten⁹ in-
quirari p̄t: neq; lux ei⁹ amittit sine
minuit ex quibuscūq; tenebris morta-
liū peccatorū quod forēt in eo quod mīstrat
vel in eo quod recipit. Nā culpa illorū ec-
clesie sancte sacris oīo nullā p̄t sa-
cer̄ lesionē: neq; p̄tutē illorū in aliquo
minuet. S; in eo quod mīstrat irreueren-
ter: vel indignē accipit: absq; dubio

grā minuit: et auget in hoc actu cul-
pa. Itaq; vicari⁹ me⁹ in terra vsq; p̄-
pa et hui⁹ p̄ciosi sanguinis clauēs.
Et si bñ recolis h̄ ego tibi patefecit
sub ista figura volēdo tibi dīmōstra-
re quāta reuerentiā volo seculares h̄re
mīstris meis siue sint boni: siue ma-
li et quāta h̄eo displicentiā vidēdo p̄riti
Nosti quod tibi monstrant corp⁹ eccle-
sie mīsticū in forma quā cuiuscūq; cella-
riū vbi sanguis unigēti filij mei cō-
seruabat cui⁹ virtute sacra cuncta
valēt et h̄nt vitā. Ad iannā h̄o cēla-
ri stabat papa vicari⁹ me⁹ cui⁹ com-
missum erat huiusmodi sanguinem
mīstrat. Ad ipm̄ et p̄tinebat eligē-
mīstrates alios quod inuaret eū admi-
nistrādū in vnīuersali corpore religio-
nis xp̄iane. S; ille sol⁹ quē accepta-
bat: et v̄gebat mīster ver⁹ erat ali⁹
h̄o nō. Ad ipsū p̄cedit vnīuersus or-
do clericat⁹ hos eligit et p̄t ad mi-
nistrādū sanguinē iustū vnūquēq;
p̄ officia sibi p̄grua. Et vt ipse posu-
it eos in ecclesia sancta sicut adiuto-
res ita p̄tinet ad eū solū ipsos corri-
gē de suis defectib⁹: et ita volo pe-
nit⁹ obseruari. Nā ex excellentia et
auctoritate quā eis p̄cessi eos extra-
ri et eremi totaliter a quicūq; seruilī
iurisdictionē siue subiecti dē t̄palin⁹
dñorū lex ergo cū illis de n̄bilo se cū
illis itromittere vsq; in aliqua puni-
tione. S; solus ille quod h̄ iurisdictionē
in lege canonica: et diuina. isti sunt vn-
cti mei. Et ideo monni dicente scri-
ptura nolite tāgere r̄pos meos: vn-
de magnam p̄concludubio ruīnam in
currīt ille qui temere p̄sumit eos
aliquo modo punire.

Tertius.

Quo persecutione facta ecclesie si-
ue ministris deo imputat sibi facta et
quod est gravissima culpa. Cap. xvi.

Sed tu peteres a me quare tibi
monstravi quod culpa illorum quod san-
cta ecclesia a te ministris eius persecuta
gravior erat alijs culpis eorum: et est
quod volebam non obstantibus eorum quibus
cuius defectibus quod reverentia circa il-
los in nullo minueret unquam: ego responde-
bo tibi. Quoniam quocumque reverentia sit
eis: non eis: imo mihi sit ex virtute
sanguinis virginis filii mei quem
eis ego commissi ministrandi: unde si non
esset: ille respectus vos haberetis ipsis
ministris meis tantam reverentiam quam
alijs hominibus vite presentis et non ultra.
Quare propter huiusmodi misterium
estis compulsi reverentiam eis exhibere.
Postea vero vos oportet ad eorum ma-
nus incidere et accedere. Non quidem
ad eos propter semetipsos: imo virtute
sacramentorum que commissi sunt eis a qui-
bus illa recipere debetis que si possidetis
habere et illa recusaretis essetis in statu
damnationis in tali statu moriendo. Ita-
que reverentia talis est officio meo: et huius
preciosi sanguinis virginis filii mei
que mecum unquam est: et ego secum ex unius
nature divine cum humana natura et
non illorum. Et sicut ista reverentia mea
est ita reputo meam irreverentiam eis
exhibitam. Quare tibi iam dixi quod eis non
obligamini facere reverentiam huius-
modi suo principaliter respectu: sed au-
toritatis intuitu quam ego eis commi-
si. Et ita nullus eos offendere debet quam
offendendo illos reputo tale offensio-
nem esse meam: et non eorum. Jam. n. exp. p.

habui dicere christos meos a manibus
eorum nullatenus esse tangendos. Et nullus
excusari potest dicendo: ego non facio ini-
uriam: nec ecclesie sancte facio rebel-
lionem: sed defectus iniquorum pastorum.
Iste mentis in caput eius et velut ex
cecatus ab amore proprio non videt
quoniam in veritate bene videat: sed vi-
dere dissimulat: ut conscientie stimulum
aliquo modo cohoptat. Ipse tamen vi-
det et intelligit: quod sanguinem virginis
filii mei persequitur: et non illos. Mea
quidem est hec iniuria sic erat illa re-
verentia mea. Et ita reputo meam
omne damnum eis illatum: et con-
tra me factas omnes contumelias:
vel derisiones et obprobria: et vitu-
peria que fiunt illis: quod christos me-
os nullo modo contingere siue pu-
niri debent. Ego namque illos habeo
punire non ipsi seculares. Sed illi
velut iniqui demonstrant irreverentiam
quam circa sanguinem habent. Et
quod vilipendunt hunc excellentissi-
mum thesaurum eis a me traditum
in salutem animarum suarum: et vitam
Nam ultra recipere non valebant
quod habere deum: et hominem in cibum ut
supra iam dixi tibi. Sed quod reveren-
tia mihi non fiebat ab ipsis ministris
ideo circa eos est imminuta reverentia
consuetudine sustinendo persecutiones ab il-
lis qui considerant in eis multa pecca-
ta pro alibi tibi magis apte narra-
bo. Sed tamen in veritate si reverentiam in
eis istam habuissent intuitu mei non in-
surrexissent: ita pro eos ex quocumque de-
fectu perpetrato per illos: quod sanguis
huius dignitas in nullo minui potest: unde
neque reverentia minui debet: et quando

Tractatus.

minuitur offendor ego. Ideo multi-
plici respectu talis culpa mihi di-
splicet amplius q̄ alie culpe sue su-
per quo precipue tres causas in pre-
senti dicam. Prima quidem: quo-
niam ea que ministris meis agun-
tur: vt iam dixi contra me directe
reputo facta. Secundario: q̄ prece-
ptum meum transgrediendo vilipē-
dunt. Nam eis expresse prohibui ne
tangant eos aliqua molestia: vnde
sanguinis virtutem aperte contem-
nunt quam a sacro baptismo traxe-
runt. Sunt igitur inobedientes ea
que sunt inhibita faciēdo: et sunt ip-
si p̄tioso sanguini rebelles propter
ipsorum irreuerentia: imo cum ma-
gna persecutione molestatur et velu-
ti putrida membra sunt a corpore
sancte matris ecclesie precisa. Et si
taliter obstinati perseverant in hu-
iusmodi rebellionē [ac irreuerentia
morte superueniente p̄culdubio
baratrum eterne damnationis in-
currunt. Tamen ad extrema perue-
niendo si se realiter humiliauerint
ex corde culpam suam agnoscendo.
Et ex affectuoso desiderio capiti suo
reconcillari voluerint q̄nis actua-
liter implere non valuerint ad mi-
sericordia eos acceptabo. Cōsulo t̄n-
ne tale tempus expectare velint: q̄
securi minime sunt vt illud habere
possint. Tertia quoq̄ causa propter
quam ista est grauior culpa alijs: q̄
peccata est ex affectata malitia per-
petratuz agnoscetes enim ista nul-
lo modo facere debere neq̄ posse cū
bona conscientia deliberatione pre-
tia volant offendere. Que quidem

offensa procedit a quadam odibili:
et peruersa superbia sine vlla corpo-
rali delectatione. imo corpus vna, cū
anima cōsumitur. Anima consumi-
tur: q̄ gratia priuatur: et sepe consci-
entie vermis eos itus erurit. Et sub-
stantia temporalis in obsequiū dya-
boli dissipatur: vnde corpora post
hec velut animalia moriuntur: Ita
q̄ tale peccatuz directe contra me
militat: et oppugnat. Et absq̄ colore
delectationis: vel utilitatis: imo so-
lummodo cum affectata malitia: et
horribili sumo superbie que super-
bia procedit absq̄ sensibili delecta-
tione: et amore: sed ab illo timore de-
testabili et peruerso quem ille pila-
tus habuit qui timore perdendi tē-
porale dominium vnigenitum me-
um interemit. Ita fecerunt atq̄ fa-
ciunt isti. Multa peccata cōmittun-
tur ignorantia sine simplicitate: nō
intelligendo: vel cognoscendo. Illi-
ud vero cōmittit ex deliberata ma-
litia: q̄ cognoscūt aliqui aperte ma-
lum quod ipsi faciunt et ex inordi-
nata concupiscentia: et voluntate quā
habent in peccato: vel ex aliqua vti-
litate misera quam putant vel iudi-
cant in eo reperire grauiter offen-
dunt. Et sic offendunt atq̄ damni-
cant animam suam atq̄ pariter et p-
rimam eius: me quidem offendunt
q̄ non exhibent gloriaz atq̄ laudē
nomini sancto meo. Proximuz ve-
ro: q̄ sibi non exhibent charitatis
debitum. De tamen actualiter in
hoc actu minime percutit iste: quia
vz mihi directe faciat offensam: i-
mo semetipsum offendit que quidez

Tertius.

offensio mihi displicet propter eius detrimentum. Horum autem offensio fit absque medio directe mihi soli. Cetera peccata colore aliquem habent et cum aliquo medio perpetratur: ut alias ego tibi dixi quod omne peccatum: et omnis virtus sicbat proximo mediante. Peccatum enim fit ex privatione caritatis dei et proximi victus vero cum amore caritatis. Offendentes proximum me nimirum offendunt ipso mediante. Sed quoniam inter omnes homines hos ministros meos elegi qui sunt uncti mei ministratores sanguinis unigeniti filii mei carni vestre uncti cum natura mea divina: itaque consecrantes Iesu christi filii mei personam ibi representant. Itaque potes aperte cognoscere quod hec offensio fit huic verbo filio meo et si fit ei utique mihi fit quod sumus unum. Isti misericordiosum sanguinem hunc persequuntur: et isto inextimabili thesauro se privant atque saluberrimo fructu eius. Unde mihi grauior est horum offensa facta: mihi et non ministris quibus sint alia sua peccata. Si cut enim honor ille non est: nec esse reputo ministrorum: imo vere me est: ita persecutio talis in me dirigitur: et in hunc preciosum sanguinem unigeniti filii mei: quod sumus unum ut supradictum est. Unde noueris quod omnia preterita peccata que commiserunt hactenus isti culpe comparata leniora iudico quare tantam in de sentio displicentiam. Unde sicut alias tibi patefecit materiam exhibendo tibi doloris et amaritudinis

ex offensione mihi facta et damnatione miserorum: ita te nunc exhortor pariter et alios amicos atque seruitores meos: ut inuigilare solliciti studeatis orationibus humilibus continuis et deuotis ante me: ut ex bonitate mea misericorditer illustrentur atque soluantur huiusmodi tenebre que superuenerunt in his putridis membris a corpore sancte matris ecclesie precis. Sed ego quasi non inuenio quemquam qui caritative de persecutione que fit isti pretioso sanguini condoleat. Bene multos inuenio mihi displicentiam irrogantes atque me sagittis amoris proprii sagittantes. Isti cum quedam timore seruili: et inani reputatione propria uelut excecati reputant ad honorem suum accedere quod in veritate sibi dedecus est. Et e conuerso reputant esse dedecus illud: unde salutem et honorem indubitanter acquirerent: uel humiliando se capiti suo.

In hoc capitulo loquitur de persecutoribus ecclesie sancte atque de ministris variis modis. *Cap. cxvij.*

Tri tibi quod a plurimis ego sagittabar: et ita se ueritas habet uel cum intentione sua mala me iuxta posse sagittando percutiunt non quod in me cadere possit aliqua lesio cuiuscumque rei uel ab aliquo possum offendi. Quia contingit in me per modum loquendi sicut apparet in durissimo lapide qui percussus ictus in se non recipit: imo reuertit ad percipientem ita culparum illo

Tractatus.

rum percussiones: unde sentio fetorem proculdubio mihi nocere nullo modo possunt: sed venenata sagitta culpe letalis eos percutit et occidit. Que culpa gratia priuat eos in nita presenti fructum huius pretio si sanguinis amittendo. Et si in ultimo se non emendauerint cum contritione cordis et humili confessione sancta peruenient ad eternam damnationem a me precis: et cum demonio copulati colligationem enim in simul ordinauerunt: quoniam illico cum anima gratia priuatur in peccato ligatur cum vinculis odij virtutum: et amoris vitiorum. Et cum arbitrio libero ligamen istud in manu diaboli posuerunt cum quo ligat eos: quoniam ab eo aliter ligari non possent. Istis ligamine ligati sunt ad inuicem isti persecutores huius preciosi sanguinis et veluti membra cum demonio ligata demonum officina assumpserunt. Ipsa namque demonia conantur iuxta posse fideles a salutis via pervertere gratie statum ab eis auferendo et ad culpas inducere mortalium offensarum: atque peccatorum: ut irremediabile malum quod experiuntur in se participant cum illis fidelibus quos decipere possunt. Similiter isti faciunt qui veluti membra diaboli ipse filios iesu christi filij mei subuertunt eos a caritatis vinculo dissoluentes et eos liga miserabili et infelici ligantes: et ipsos cum eisdem huiusmodi fructu sanguinis exultant esse priuatos. Hoc utique vinculum sigillo tenebrarum apparet esse sigillatum:

quia non agnoscunt in quibus incofficientia miseranda ceciderunt: et alios ad cadendum impellunt. Ideo non se corrigunt: quia minime cognoscunt: imo tanquam excecati gloriatur in eorum corporis: et anime destructione. O carissima filia doleas amaritudinem vehementi videndo tantam miseriam et cecitatem in his qui loti sunt in isto precioso sanguine sicut et tu. Sunt insuper adulti atque nutriti prefato sanguine ad ecclesie sancte peccati: et modo veluti rebelles ab eius pectore discesserunt ex quodam vilipendendo timore: atque sub colore corrigendi defectus ministrorum meorum de quibus expresse prohibuit ne tangerentur ab eis. Unde terror valde te debet inuadere vna cum alijs amicis meis quandoque nominari sentis vituperosam huiusmodi colligationem: atque detestabilem lingua tua narrare: non sufficit quantum illam abhominor. Et quod videtur etiam esse deterius: quia cum clamide defectuum ministrorum meorum se defendere velunt: et eorum culpas nec advertere videntur: quod nulla clamis: ante meos oculos aliquid abscondere potest quin aperte videam omnia. Quare oculo creature quandoque potest aliquid abscondi mihi vero nunquam: quia non solum presentia video verum etiam omnia preterita: et futura cognosco. Ego dilexi vos et agnouit plusquam ceteris. Et hec est vna de causis quare miserabiles homines inuita presenti se non corrigunt: quoniam in veritate cum lumine viuere fidei non existimant et

Tertius.

me videri: quia si veraciter: ita crederent: et quod omnis culpa puniretur: et omne bonum a me remuneraretur: ut in alio loco tibi dixi proculdubio: non ita multiplicarent offensas: immo potius ias factas contra me sollicite corrigerent: et humiliter a me misericordiam exposcerent: et ego mediante sanguine filij mei misericordiam eis impenderem. Sed ipsi sunt velut obstinati: et a bonitate mea reprobati: et in ruina vltimam inciderunt privati lumine propter eorum defectus: et tanquam omnino ceci sunt effecti: sanguinis vni geniti mei persecutores. Que persecutio fieri non debet ex aliquo defectu qui videretur: vel esset in ministris eiusdem pretiosi sanguinis.

Breuis repetitio super predictis de ecclesia et ministris eius.

Capl. cxviiij.

Aliqua tibi narraui carissima filia de reuerentia que fieri debet vinctis meis non obstantibus qui buscuque defectibus eorum: quoniam illa reuerentia non fit: neque fieri debet intuitu solummodo ipsorum sed propter auctoritatem quam eis exhibui. Et quoniam ex defectibus eorum sacramenti ministerium: nec minui: nec diuidi potest ipsa reuerentia circa eos deficere non debet intuitu thesauri pretiosi sanguinis. Faciendo autem oppositum ostendi tibi parua scintillam in comparatione magne displicentie quaz inde percipio: et quod grauiter offen-

dunt. Et quantum habeo molestas colligationem faciam: et quod quoti die isti faciunt in seruitium diaboli contra me cum persecutione pretiosi sanguinis vni geniti filij mei: ut amplius amarissime doceas. Iste quem in presenti narraui tibi est vnus defectus particularis ex persecutione facta contra sanctam ecclesiam: et ita tibi dico generaliter de religione christiana: quoniam omnes in peccato mortali consistentes vita gratie se priuant atque sanguines pretiosum vilipendunt: hoc valde mihi displicet. Sed valde maiores displicentias habeo de supra memoratis qui ligati sunt: ita virrecte contra me.

De excellentia et virtutibus ministrorum sanctorum: et quomodo conditionem habent solis: et de ipsorum correptione circa subditos.

Capl. cxix.

Nunc ut impendam aliquale refrigerium anime tue mitigabo dolorem tuum: atque tenebras istorum miserabilium subditorum cum vita sancta: et odorifera ministrorum meorum de quibus tibi dixi quod habebant conditionem solis. Itaque cum odore virtutum ipsorum factorem poteris in presenti mitigare: atque similimodo cum luce tenebre cessabunt ac etiam cum ista luce melius intelligere poteris tenebras vitiorum que regnant in ministris meis. Igitur oculum

Tractatus.

Intellectus aperias et videbis in me iustitie sole gloriosos ministros qui cum administrarent verum solem conditioneque induerunt solis: ut ego tibi recitavi de petro principe ceterorum apostolorum qui claves ab unigenito filio meo regni celorum accepit ita tibi dico de alijs qui lumen in hoc viridario sancte matris ecclesie ministraverunt ut corpus atque sanguinem unigeniti filij mei veri solis unigeniti mihi: nec a me quomodo divisi: ut est ibi supradictus. Et omnia sacramenta ecclesie sancte que quidem omnia valent: et vitam exhibent in virtute pretiosi sanguinis in diversis gradibus: ut a spiritu sancto sunt ordinati ministri cum quo ministraverunt: eius lumine gratie quod extraxerunt ab isto vero lumine. Sed istud amabile lumen est solum. Non enim potest esse solum gratie lumen neque potest esse divisum. Itaque totum habetur sine nihil. Ille qui persistit in peccato mortali privatus est illico lumine gratie. Qui vero gratiam habet est illuminatus in oculo intellectus in agnoscendo me qui gratiam ei dedi et virtutem que conservat gratiam. Et in ipso lumine peccati miseriam agnoscit atque causam ipsius ut amorem proprium sensitivum ideo movetur ad odium contra illum. Et ex hoc odio proprii amoris in affectu suo recipit calorem mee divine caritatis. Affectus illico sequitur intellectum: unde recipit ab isto glorioso lumine calorem sectando doctrinam dulcissime mee veritatis. Qua

re memoria repletur indilate recodatione beneficii sanguinis. Itaque cernis quod lumen hoc haberi nequit absque calore pariter et colore: quoniam haec tria unum sunt ex unione perfecta. Et ita nemo habere potest unam anime potentiam ordinatam ad recipiendum in se me verum solem quin omnes tres ordinate sint et in nomine meo congregate. Cum enim oculus intellectus cum lumine fidei eodem surgit ultra commune lumen et aspectum supranaturalem ad se speculandum in me affectus cum indilate sequitur amando que vidit et agnovit intellectus: et ipso facto memoria repletur his que diligit affectus. Et ita dispositae potentie talis anime participant et habent me solem verum: et illuminantur in potentia mea et sapientia unigeniti filij mei et ista succensa clementia spiritus sancti. Videt ergo quod isti ministri mei fideles assumpserunt conditiones solis quia ut induiti eius plenae potentiae animarum eorum de me vero sole more solis agunt. Sol quippe calefacit et illuminat et cum calore suo terram geminare facit. Ita faciunt isti dulces electi: et uncti ministri mei quos in corpore mystico sancte matris ecclesie collocavi administrandum corpus et sanguinem unigeniti filij mei eius alijs ecclesie sacramentis que vitam habent ex virtute sanguinis virtuose ministraverunt illa mentaliter et actualiter. Mentaliter ut illustrando corpus mysticum ecclesie sancte lumine scientie supranaturalis cum colore sancte vite se-

Tertius.

quentes yesu christi filij mei doctri-
nam colorem quoque ministraverunt
ardentissime caritatis. Unde cum
calore suo caritativo germenare fa-
ciebant animas que steriles erant
ras illuminando lumine scientie pa-
riter et eorum vita sancta: et ordina-
ta tenebras expellebant infidelita-
tis atque mortalium peccatorum or-
dinantes vitam eorum qui vine-
bant inordinate cum frigiditate me-
tis ex privatione caritatis: et in te-
nebris peccatorum. Ergo a te certe
cognoscere potes quod ipsi sunt veluti
sol ex eo quod solis conditione assum-
pserunt a me vero sole: quoniam ex
amoris affectu sunt quasi unus me-
cum effecti: et ego cum eis. Quilibet
iuxta gradum suum: ut cum ele-
gi lumen exhibuit in ecclesia san-
cta. Petrus cum predicatione mi-
raculis et doctrina postremo cum p-
prio sanguine. Gregorius cum sci-
entia sacram paginam exponen-
do: et cum vite sancte speculo. Silve-
ster vero contra iudeos: et infideles
ante Constantinum imperatorem
cum efficacissima disputatione fi-
dem christianam approbando ver-
bis atque factis: ut ego sibi virtutem
administravi. Si consideres Augu-
stinum. Hieronimum atque glorio-
sum Thomam de aquino: et alios
quamplurimos videbis quanto lu-
mine sponsam istam illustraverunt
veluti: illuminaria splendentia su-
per candelabro collocata errores ex-
tirpaverunt: et obsecutas animas il-
luminaverunt cum humilitate per-
fecta veluti famelici salutis anima-

rum: et honoris mei manducantes
istum cibum ingenti dilectione su-
per mensa sanctissime crucis. Mar-
tires vero sanguine proprio dilata-
verunt veram et salutiferam fidem
qui sanguis iactabat odorem in co-
spectu meo: et cum odore sanguinis
atque virtutum: et lumine scientie san-
ctificabant in ista sponsa ferocem in-
fidelitatis expurgando: et animas
in tenebris assuetas illuminando:
quia lumen vere fidei reducebat in-
cis. Prelati quoque in statu prelatio-
nis a vicario meo in terra constitu-
ti mihi cum sancta: et honesta vita
sacrificium iustitie faciebant. Mar-
garita quoque iustitie cum humili-
tate vera: et ardentissima caritate
cum salutifero lumine discretionis
in cis atque subditis eorum apertis-
sime relucebat. In se principaliter
iuste mihi debitum exhibebant: ut
desideret nomini meo reddendo glo-
riam et honorem. Sibi vero redde-
bant odium et displicentiam proprie
sensualitatis contemnendo vitia: et
amplectendo virtutes una cum ca-
ritate mea pariter et proximis sui cum
humilitate conculcabant superbi-
am. Et ad mensam altaris accede-
bant veluti angeli cum puritate cor-
poris: et anime cum sinceritate men-
tis offerendo mihi sacrificium in for-
nace vere caritatis exusti. Et quia
prius de semetipsis iustitiam ege-
rant ideo de subditis etiam iustiti-
am agebant volentes et inducentes
eos virtuose vineam corripientes tras-
gressores absque timore servili non at-
tendentes ad semetipsos: immo id-

Tractatus.

iam ad honorem meum: et salutem
animarum. Ipsi tanquam boni pa-
stores imitabantur: pastorem opti-
mum: videlicet Iesum Christum uni-
genitum meum quem vobis assigna-
ui: ut ipse gubernaret: et aleret vos
omnes et vitam pro vobis exponeret. Ipsi
vere sunt imitati vestigia sua. Ideo
correxerunt: et non permisissent me-
bra languentia putrescere: videlicet
non corrigendo. Imo caritative: cum
benignitatis unguento sine cum ignis
asperitate plagam incidendo culpe-
scenti sancta discretio videbat expe-
dire fortiter arguendo atque discipuli-
nando plus: vel minus iuxta dese-
ctus exigentiam. Et pro tali repre-
hensione sine correptione: vel etiam
pro veritate salubri profitenda mor-
tem sui corporis vilipendebant: isti
quidem erant ortulani veri qui sol-
licite cum sancto zelo atque timore dei
solinas peccatorum euellabant plan-
tas inodo virtutum odoriferas in eccle-
sia sancta plantas: unde subditi vi-
uebant virtuose cum sancto timore
quotidie crescentes veluti odorife-
ri flores in corpore mistico sancte ma-
ris ecclesie. Quare corrigebant abs-
que timore seruilis: quia penitus erant
illo priuati. Nam in eis aberat ve-
nerosa culpa peccati: et ideo cum in-
stitia sancta vivebant arguendo vir-
tiliter absque timore quocumque. Hec
est illa margarita que valde lucebat
in eis que lumen exhibebat: et pace
in subditorum mentibus: unde cum
sancto timore persistebant in vnita

te cordium. Unde certissime none-
ris: quia nihil aliud est in causa ta-
litum tenebrarum atque diuisionum
in mundo inter seculares clericos
atque religiosos: et ecclesie sancte pa-
stores: nisi quia iustitie lumen om-
nino defecit: et iniustitia tenebrosa
preualuit. Nullus in vita presentis
status in lege ciuili sine diuina con-
seruari potest in statu gratia sine san-
cta iustitia. Quoniam accidit ei qui
non corripit: nec corripitur veluti
membro quod incipit in se putresce-
re: quia si medicus inbers et insipi-
ens ibi solummodo supponat ungue-
tum: et non utatur opportuno cau-
terio plagas incidendo corpus vni-
uersum inficitur atque putrescit. Ita
prelato contingit: vel alijs dominis
qui si videndo membra subditorum
esse corrupta propter fetorem pec-
cati mortalis apponunt solum un-
guentum blanditiarum et adulatio-
num absque debita reprehensione nul-
lo tempore liberabuntur: sed ex hoc
inficientur alia membra que vici-
na sunt in ipso corpore: videlicet sub
eodem pastore. Si vero fuerit ido-
neus: et expertus medicus anima-
rum illarum: ut erant isti gloriosi pa-
stores vna cum unguento reprehen-
sionis ignem adhibebit. Et si mem-
brum huiusmodi penitus obstina-
tus esset in malo precipiet illud a con-
gregatione separando ne corrup-
pat alia membra putredine pecca-
torum: ipsi tamen non ita hodie fa-
ciunt: imo videre dissimulant. Sed

Tertius.

namquid ignoscantur: hoc est quia
radix amoris privati uiuit in eis:
vnde peruersum timorem seruilem
extrahunt. Nam ex timore perden
di statum prelature siue tempora
ria quedam non corrigunt. Sed ve
lut excecatis faciunt: ideo non agno
scunt quomodo status in se conser
uatur. Quod si cognoscerent quomo
do bene conseruatur cum iustitia
sancta manutenerent eam. Sed qz
lumine uero privati sunt: neqz uide
re: neqz intelligere queunt: z cristi
mant eum ex iniustitia conseruare
non arguendo subditorum iniqui
tates ipsi uero decipiuntur a pro
pria passione sensitua: z ab ambitio
ne prelature siue domini: z isti non
arguunt: neqz corrigunt eo qz sunt
eisdem defectibus: uel maioribus
infecti. Scientes ergo se culpabi
les audaciam atqz confidentiam
amittunt arguendi ceteros: inhi
biti atqz ligati a seruili timore se ui
dere dissimulant. Et si quandoqz ui
dent aperta quedam arguere siue
disciplinare negligunt: imo se blan
dis uerbis obligari permittunt in
teruenientibus exenijs z oblationi
bus: vnde postmodum in ipsorum
malorum excusationes ad inueni
re conantur: ut ipsos in nullo puni
re: uel arguere debeant. In istis im
pletur illud euangelicum a mea ue
ritate prolatum: ipsi ceci sunt atqz
cecorum duces: z si cecus a ceco du
catur ambo in foueam cadunt. No
ta fecerunt illi qui precesserunt: uel
faciunt etiam aliqui moderno tem

poro consistentes ueri duces: z ama
biles ministri mei de quibus tibi di
xi qz habebant in se proprietatem
solis atqz conditionem qui uere se
ueluti sol habent. Non inueniuntur
in eis tenebre peccatorum: uel igno
rantie: quia sequuntur in ueritate
doctrinam unigeniti filij mei: neqz
tepidi sunt eo qz exusti sunt: z ingi
ter exuriuntur in fornace mee uini
ne caritatis. Et ueluti contempto
res diuitiarum prelacionum: atqz
dignitatum uite presentis absqz ti
more quocunqz corrigunt audacter.
Nam ille qui prelacionem siue do
minium appetere non uult amitte
re nullomodo metuit. Ideo uirili
ter arguunt isti. quoniam immunis:
a culpa reperitur eorum conscien
tia. Quare preciosa margarita: in
stite tenebrosa non erat in ipsis mi
nistris meis fidelibus: immo luci
da: amplexabantur insuper anide
paupertatem uoluntariam: z uili
tatem propriam cum humilitate p
lunda. Ideo paripendebant irri
siones cotumelias detractones ho
minum iniurias obprobria penas
atqz tormenta quorumcunqz percic
utorum. Omnia cum inuincibili
patientia tollerabant amore mei:
tanqz angeli terrestres: immo plus
qz angeli non ex natura: sed ex gra
tioso ministerio super naturam eis
a bonitate mea comisso: uel ministra
di corpus z sanguinem unigeniti fi
lij mei. Et uere ministri mei tales
angeli sunt eo: quia sicut angelus
a me uestre custodie deputatus

Tractatus.

Inspirat in mentibus vestris inspi-
rationes bonas atq; sanctas: ita fa-
ciebant ipsi et hodie facere tenentur
eo quia deputati sunt ad vestram
custodiam. Ideo iugiter habebant
oculum in subditos eorum veluti
veri custodes inspirantes in eorum
animabus inspirationes bonas et
sanctas cum exemplari vita et vir-
tuosa pro eis offerentes amorosa: et
dulcia desideria in conspectu meo
cum humili oratione continua. Ita
q; vides q; sunt angeli collocati su-
per candelabro velut accense lucer-
ne in corpore mystico sancte matris
ecclesie ab ignita caritate mea pro
vestra salubri custodia: ut in eccita-
te vestra ducem habeatis: ut vos in
veritatis atq; salutis via dirigant
Ipsi ministri mei cum humilitate
magna: et exemplari conuersabatur
cum subditis eorum ipsos caritati-
ne gubernando cum vna fide pa-
riter et firma spe minime dubitabant
ne sibi siue subditis: ista temporalia
deficerent. Ideo pauperibus ha-
bundantissime distribuiebant eccle-
sie sibi commisse substantiam: et be-
ne seruabant: et opere perficiebant
illud ad quod erant obligati distri-
buendo: videlicet in necessitate pau-
perum ecclesie substantiam tempo-
ralem. Ipsi deposita facere vitabant
itaq; post vitam eorum non inue-
niebantur eis aliqua deposita: im-
mo post mortem aliquorum debita
plurima reperiebantur contracta
pro necessitatibus pauperum cari-
tatiue subleuandis. Et hoc occorre-
bat ex excellentia caritatis eorum

que procedebat a vera spe quam in
providentia mea collocauerant.
Nam erant proculdubio timore ser-
uili priuati: et ideo minime timebant
eis aliqua necessaria debere quo-
modo deficere siue temporalia.
Hoc est vtiq; signum quod aperte
demonstrat hominem in me collo-
casse spem: et non in se: quando v; ti-
more seruili non timet. Sed illi qui
sperant in se sunt illi qui timeant et
expauescunt ex umbra propria me-
tuentes: atq; dubitantes ne celum
vna cum terra deficiat eis. Cum
isto timore atq; peruersa spe quam
habent in modica prudentia sua ta-
tam infelicem et miserabilem sollici-
tudinem assumunt in acquirendo
atq; conseruando res istas extero-
res q; videtur ipsos omnino post-
gare spiritualia: et vix inuenit quis
ad hec attendat. Sed ipsi miserabi-
les infelices atq; superbi non atten-
dunt: neq; considerant: q; ego sum
ille qui provideo que sunt necessa-
ria anime simul et corpori vestro q;
uis cum illa mensura qua speratis
in me cui ea remetietur vobis pru-
dentia mea: neq; miseri atq; presum-
ptuosi attendunt: q; ego sum ille qui
sum ipsi vero non sum. Esse namq;
suum a mea bonitate acceperunt:
et omnem gratiam super hoc esse fun-
datam. Et ideo superuacue laborat
et inuani laborat ille qui custo-
dit ciuitatem: nisi custodiat a
me. Stulto labore fatigatur omnis
qui se putat illam sua vigilis siue so-
licitudine posse defendere: quoniam
ego sum ille solus qui custodid. La

Terlius.

men a vobis exigo: q̄ hoc esse vobis
a me concessum: & alias gratias in
ipso: & super ipso fundatas exercea/
tis virtuose viuendo cum arbitrio
libero dum tempus habetis: & lumē
rationis quod ego vobis exhibui:
quia creauī vos absq̄ vobis: sed nō
decreui saluare vos absq̄ vobis.
Nos quippe dilexi ante q̄ cētis. Et
hoc videtur & aperte cognouerunt
isti dilecti mei: & ideo me dilexerunt
ineffabiliter. Et propter affectuo/
sum amorem quo me diligebant:
ita fiducialiter in me sperabant: &
nunquam in aliquo dubitabant si/
ne metuebāt. Unde siluester dispa/
tando coram imperatore constanti
no contra illos duodecim iudcos in
presentia magne multitudinis in
maxima constantia perseuerabat:
cum fide vna credens: & existimās
quia me secum existente nullus ei
nocere poterat: & ideo nullum time
re debebat. Et ita ceteri mei serui fi/
deles omni timore seruili deposito
constanter in omnibus agebant:
quia soli non erant: immo bene so/
ciati: quoniam in dilectione carita/
tis existentes in me stabāt. Et a me
lumen sapientie vnigeniti filij mei
recipiebant. Et me vero potentiam
habebant: vnde fortes erant cōtra
principes atq̄ mundi thirannos.
Et me quoq̄ recipiebant ignem san/
cti spiritus in quo percipiebāt eius/
dem clementiam & amorem igni/
rum. Hic amor est a sociatus cum
lumine fidei cum firma spe: cum in/
vincibili fortitudine cum pace ve/
ra & longa perseuerantia: videlicet

vsq̄ ad vltimum sue mortis. Itaq̄
vides aperte q̄ soli non erant: im/
mo sociati: & ideo nullo modo me/
tuebant. Solus ille qui se solum vi/
det & attendit: in se solummodo spe
rans caritatis amore priuatus est
ille qui timet: & quecunq̄ parua res
incutit ei timorem ex eo quia solus
est priuatus ex defectu suo me qui
sūmam securitatem anime tribuo
me per affectum amoris in verita/
te possident: hoc experientia cogno/
scebant hi gloriofi dilecti mei: quia
nihil animabus eorum obesse pote
rat: immo potius ipsi nocebant ho/
minibus: & demonibus qui frequen/
tissime ligati permanebant ex vir/
tuosa potentia quam ego super eos
ex bonitate mea concesseram. Et
hoc erat q̄ correspondere volebam
fidei spei atq̄ dilectioni quam ha/
bebant in me. lingua tua facilliter
enarrare non posset virtutes isto/
rum: nec oculus intellectus aspice/
re fructum quem in vita durabili
recipiunt. Et ita recipient omnes
qui realiter vestigia sequentur co/
rum. Ipsi permanent in conspectu
meo veluti preciosi lapides: quia la/
bores eorum valde libenter acce/
ptant: & lumen quo corpus misti/
cum ecclesie sancte cum dōre vir/
tutis illustrauerunt. Et ipsos in vi/
ta durabili dignissime collocant:
vbi recipiunt beatitudinem: & glo/
riam, inestimabilem in visione mea
quoniam ipsi prebuerunt exemplū
sancte & honeste vite: & cum lumi/
ne virtuose ministrauerunt illud
verum & eternum lumen: videlicet

Tractatus.

corpus et sanguinem unigeniti filij
mei: atque cetera sacramenta. Et ideo
valde singulariter a me diliguntur
et honorantur: tamen ex dignitate
quam eis ita gratis commissi: quia
sunt uncti atque ministri mei fideles
etiam etiam: quia thesaurum quem
eis in manu posui non absconderunt
in terra per negligentiam atque igno-
rantiam: sed a me recepisse cogno-
verunt: et eum ad luerum exposue-
runt cum fidei sollicitudine humi-
litate profunda: et alijs virtutibus
veris atque realibus. Et quoniam ego
in salutem animarum eos in tanta
collocaveram excellentia nunquam
ociose pertransibant: immo veluti
boni pastores ingenti sollicitudine
reducebant oberrantes oves ad ouile
salubre sancte matris ecclesie.
Quare per amoris affectum: et ani-
marum salutem veluti famelici
morti semetipsos exponebant: ut
eas abstraherent de manu diaboli.
Ipsi quandoque se simulabant infir-
mos cum infirmis. Aliquando nam-
que ne peccator ex desperatione con-
funderetur: et ut apertius atque ma-
iori fiducia suam egritudinem in
confessione propalarent dicendo cum
sententia sancta simulabant. Et ego
sum infirmus. Salubriter ergo no-
uerant flere cum flentibus: et gau-
dere cum gaudentibus: et pruden-
ter exhibebant: unicuique cibum sue
saluti necessarium: et utilem: videli-
cet conservando bonos quorum vi r-

tute gaudebant: quoniam ex invidia
nullo modo tabescebant: immo
dilataati multum in affectu sin-
cere caritatis omnium proximorum
eorum: et precipue subditorum suo-
rum. Peccatores autem a pecca-
tis suis extrahere sollicito satage-
bant eis affectuose prudenter atque
caritativa compassione condescen-
dentes: et in corpore penitentiali fre-
quenter in animo maiorem amari-
tudinem imponentes habebant quam
illi quibus imponebatur. Et aliquando
plures erant qui penitentiam in-
iunctam: vna cum peccatoribus illis
agebant: et precipue cum percepis-
sent huiusmodi penitentiam eis ex-
stitisse molestam vel valde grauem
unde frequenter ex hoc actu carita-
tivo difficultas aspera vertebatur
in dulcem atque gratam. Isti fideles
ministri mei dilecti cum essent in
statu prelatore se subditos exhibebant
ex humilitate: et cum essent in eccle-
sia domini se faciebant infimos at-
que subditorum servos existentes in
virtute sancti: atque robusti ex carita-
te se simulabant infirmos: et imbe-
cilles. Cum simplicibus erant: et ip-
si simplices cum parvis parvi: et ita
cum hominibus humiliter atque ca-
ritative salubriter conversari nove-
rant unicuique cibum utilem anime
sue ministrando. Hic homo quid erat
in causa? Proculdubio fames: atque
desiderium quod habebant ad ho-
nozem meum atque salutem anime

Zertius.

rum: et ita velocissime currebant ad manducandum huiusmodi cibum in mensa gloriose crucis nullus omnino recusando laborem. Sed veluti zelatores igniferi salutis animarum: atque salutifere fidei dilatationis: et exaltationis immergebant se metipsum inter spinas multarum tribulationum: et cum inuicta patientia pericula mundi tollerabant. Iugiter offerentes in conspectu meo incensum affectuosi: et anxii desiderij: cum oratione continua: et humili atque sudoribus lacrymosis: et sic vnguebant proximis suis plagas. Plagas inquam culpe mortali peccatorum: unde perfectam sanctitatem ipsi subditi assequi poterant si cum humilitate cordis huiusmodi recipiebant unguentum.

Capituli repetitio in summa de reuerentia que sacerdotibus reddi debet siue bonis siue malis.

Capit. cxx.

Nunc o carissima filia demonstrem tibi scintillam parvas de ipsorum excellentia scintillas vobis respectu eius quod est. Tibi narrando pauca de dignitate in qua ipsos collocaui: quoniam eos elegi atque meos esse feci ministros. Et in cultu dignitatis istius: et auctoritatis quam eis exhibui nolebam: sed neque volo quod propter aliquem defectum ipsorum secularis aliquis eos

aliquo modo puniat et ipsos iniuriose tangentes: vel punientes me valde grauiter offendant: imo volo quod eos habeant in debita reuerentia. Non quidem eos intuitu sui sicut iam dixi: sed intuitu mei: videlicet propter auctoritatem eis a me concessam. Unde reuerentia talis nullo tempore minus debet quamuis in eis minueretur virtus. Ipsos quippe tibi posui narrando veluti ministros veri solis: videlicet corporis et sanguinis vniuersi filij mei: et aliorum ecclesie sacramentorum. Ista dignitas contingit atque pertinet bonis: atque malis: et ad quemlibet ipsorum illam ministrare pertinet: ut iam dixi superius. Dixi tibi quod ministri mei perfecti solis conditionem habent: et sic est illuminantes: atque calefacientes ex caritatis ardore proximis eorum: et cum isto calore fructificabant: atque germinare faciebant virtutes in omnibus eorum subditorum. Etiam tibi dixi: quia sunt angeli vobis assignati per me pro tuta custodia vestra: ut bonam de vobis diligentiam habeant: atque sanctas inspirationes in cordibus vestris intromittant mediantibus orationibus suis atque salutari doctrina: et exemplo virtuose vite. Sollicite quoque ministrat vobis ecclesie sacramenta prout angelus agit qui vos a malo custodit vobisque scribit: et bonas inspirationes in mente vestra inspirat. Itaque cernis

Tractatus.

¶ Ultra dignitatem quam eis ego concessi cum ornamento virtutum sicut de talibus tibi narraui: et ut omnes obligantur esse quantum ipsi digni sunt a vobis amari: et in quanta reuerentia debent a vobis haberi: quoniam ipsi dilecti filij sunt et veluti sol in corpore mistico ecclesie sancte positi propter virtutes eorum. Nam omnis homo virtuosus dignus est amari: sed multo fortius isti propter ministerium in eorum manibus a me positum. Quare virtutis intuitu ac propter huiusmodi sacramenti dignitatem eos amare debetis. Eorum vero qui miserabiliter viuunt odire defectus obligamini. Non tamen eorum iudices esse debetis: quia nolo et omnino prohibeo: quia christi mei sunt. Ideo debetis amare atque reuerentius auctoritatem eis a me concessam. Vos optime nostis: quia si quidam immundus et male indutus vobis adduceret aliquem preciosum thesaurum de quo vitam continentem traheretis vos amore thesauri: et domini mittetis odio nullo modo portitorem haberetis non obstante quod esset in se laceratus: et immundus. Immundicia quippe bene displiceret vobis atque conaremur quod ab immundicia purgaretur: et indueretur amore domini. Igitur ita facere debetis ex debito secundum ordinem affectuose caritatis: et ita nolo vos agere circa tales ministros meos quando sunt inordinati qui cum immundicia vitiorum atque lacerati per separationem vere cari-

tatis vobis adducunt ingentes thesauros videlicet ecclesie sancte veneranda sacramenta que vobis vitam gratie conferunt indubitanter vobis illa digne sumentibus. Ergo non obstantibus illorum vicijs atque defectibus amore mei mittentis et amore vite gratie quam a magno thesauro recipitis qui ab eorum manibus vobis in ecclesia sancta ministratur: videlicet unigeniti filij corpus et sanguis uniti cum divina mea natura reuerenter acceptare eos debetis. Odio quidem habetis eorum vicia cum displicentia magna: sed iuxta posse conemini caritatis affectu: et oratione sancta illos adiuvando induere: ac indumenta ipsorum abluere lacrimis et eos offeratis cum sancto desiderio in conspectu mee divine maiestatis ut illos induam ex bonitate mea vestimento caritatis. Vos aperte scitis quod volo eis libenter impendere gratiam in quantum ipsi disponant se ad accipiendum illam: et vos ad intercedendum pro eis: quia proculdubio non est mee voluntatis: ut ipsi ministrent vobis: et alij in vita presenti solem in tenebris: neque quod ipsi nudati sint vestimento virtutum: et immundi viuant inhoneste: immo posui eos dando vobis in exemplum virtutum: ut sint velut angeli terrestres: et velut sol mentes peccatorum illuminando. Si vero tales esse renuunt oportet vos orare pro eis: et non eos. iudicare: iudicium vero mihi reservare. Ego autem orationibus vestris in-

Tertius.

Precedentibus impendam eis misericordiam habundantissime si recte se disponant si vero vitam suam corrigere neglexerint in vita sua dignitas eis: ita gratis concessa redundabit eis in ruinam. Et a me summo iudice cuius improperio maxime in mortis extremitate nisi realiter et viva fide recursum habeant ad misericordiam mee latitudinem inestimabilem velut obstinati virgenter ad ignem eternum.

De defectibus et vita reproba sacerdotum et ministrorum iniquorum.

Cap. cxi.

Nunc autem filia dilectissima ut tu et alij serui mei materiam habeatis ampliore offerendi pro illis ante me continuas et humiles orationes volo tibi dicendo monstrare sceleratam vitam ipsorum. Quamuis undecumque te verteris videbis aperte seculares atque religiosos clericos prelatos atque subditos paruos et magnos iuvenes: et antiquos: et in omni manerie gentium offendere me iugiter omnes enim culpe putredine mortalium peccatorum infecti sunt. Qui tamen fetor mihi nullo modo nocet: immo solummodo sibi met offendentibus. Usque nunc ego narraui tibi de iustis ministris meis et de eorum excellentia: et de virtute bonorum tuorum ex aliquo refrigerio tue mentis: tu etiam: ut apertius: et plenius agnoscas vilitatem atque miseriam istorum: ita miserabilium: et videas quod

maiori reprehensione digni sunt atque maiori pena cruciandi. Pro ut econuerso dilecti mei fideles ex eo quod virtuose tractauerunt eis a me commissum thesaurum maiori premio et excellentia digni sunt: et ut in conspectu meo veluti margarite preciose constituentur: et ordinentur: et econuerso miserabiles isti pena crudeli atque terribili cruciabuntur in perpetuum. Attende filia carissima quoniam ipsi principium atque fundamentum suum fecerunt: et constituerunt in amore proprio: unde processit arbor vitande superbie cum indiscretionis filio. Quia tanquam indiscreti sibi honorem attribuunt atque gloriam magnas prelationis inquirentes cum deliciis: et ornamento sui corporis mihi vero reddunt vituperium: et offensas. Sibi enim attribuunt illud: quod non est eorum mihi vero quod non est meum. Mihi debet attribui gloria: et honor sibi autem debent reddere odium proprie sensualitatis cum vera noticia proprie vilitatis existimando se tanto ministerio prorsus indignos quantum a me gratis se receperunt. Ipsi autem oppositum operantur. Nam inflati superbia nullo tempore faciantur quotidie rodendo terram diuitiarum: et deliciarum vite presentis tenaces cupidi: et auari circa pauperes unde propter hanc auariciam atque miserabilem superbiam ipsorum que nata fuit ex amore proprio sensitino curam omiserunt animarum et solum attendunt et iugiter vacant

Tractatus.

cum ingenti sollicitudine tempora/
libus: et exterioribus vanitatibus
omnino quasi derelinquentes oues
quas ego commiseram eis velut oues
absque pastore. Nec eis alimenta
tribuunt: nec eas aliquo modo nu/
trunt: neque spiritualiter: neque
etiam temporaliter. Spiritualiter
enim administrant ecclesiastica sa/
cramenta que nullo modo virtutes
suam amittunt: vel etiam minu/
unt ex aliquo defectu illorum: ne/
que vobis auferri possunt. Sed ipsi
non vos alunt orationibus cordia/
libus deuotis: et humilibus: nec ha/
bent ignitum vestre salutis deside/
rium: et famem cum honesta sancta
vita. Nec etiam subditos paupe/
res alunt corporali cibo subvenien/
do necessitatibus eorum in substan/
cia temporalis de qua tibi dixi quod fie/
ri debet tres partes: vna debet esse
pro necessitatibus eorum: secunda
pauperibus erogari: tertia vero in
utilitatem ecclesie debet expendi.
Sed ipsi faciunt oppositum. Quia
non solummodo subtrahunt a pau/
peribus illam partem: quam obli/
gantur eis impendere. Sed ipsi ra/
piunt aliena. Simoniam exercen/
do per inordinatum pecunie desi/
derium vendendo spiritus sancti
gratiam. Aliquotiens enim accidit
quod aliqui ministri: et infelices indi/
gentibus impendere venegant: il/
lud quod eis valde gratiose concessi: ut
vobis exhibeat nisi manus implea

tur eis: atque multis crenis visi/
tentur. Et tantum subditos amant
quantum ad eis aliquam utilita/
tem habent: et non ultra. Ecclesie sub/
stantiam expendunt solum in orna/
tis: atque delicatis vestibus non ut
honesti clerici siue religiosi sed velu/
ti domini siue secularis curie domi/
celli quotidie satagentes pompo/
sos equos habere ac etiam vasa plu/
rima tam aurea quam argentea cum
curiosis ornamentis in domo tenen/
tes: atque possidentes ea que tene/
re non debent cum multa vanitate
cordis. Cor etiam ipsorum ex vani/
tate dissoluta verba loquitur. Et
omne desiderium eorum esse vide/
tur in epulis: atque conuiujs de ve/
tre quodammodo sibi deum facien/
tes inordinate comedentes: et bibe/
ntes. Et ideo subito ruunt in immun/
diciam viuendo lasciu. Ne ve ip/
sorum vite miserabilis: et infelici: quo/
niam illud quod unigenitus filius
meus acquisiuit cum grauissima pe/
na super ligno sanctissime crucis ip/
si cum meretricibus expendunt. Et
ita danabiliter iugiter animas de/
uorant: et occidunt yesu christi san/
guine pretioso redemptas eas di/
uersimode cum fetenti miseria cor/
rumpendo: et de patrimonio: vel he/
reditate pauperum filios adulteri
nos alunt: et ornant. O diabolica
templa ego vos elegi: et collocavi:
ut in presenti vita tanquam angeli
terrestres essetis: et vos estis tanquam

Tertius.

Incarnati demones: et ipsorum officium assumpsistis. Demones habent in se tenebras quas etiam alijs impendunt: et postea cruciata tormenta ministrant. Juxta posse subtrahunt animas a statu gratie cum varijs molestijs atque temptationibus: ut inducant eas ad statum eterne damnationis in peccatis mortalibus inuoluendo. Quamuis nemo compelli possit ad peccatum aliquod nisi sponte consentire velit licet ipsi demones. Juxta posse sollicite vires apponant. Ita miserabiles isti non digni vocari ministri: sed veluti demones incarnati. Nam ex defectu proprio se conformauerunt cum illorum voluntate diabolica: et ideo faciunt officium ipsorum me lumen verum in tenebris mortalis peccati ministrantes. Et administrant ostendentes abhominabiles tenebras inordinate imo scelerate vite ipsorum tam subditis quam alijs dominibus exhibendo materiam confusionis: atque scandalum mentibus intuentium eos: ita scelerate viuere. Sunt etiam in causa ministerandi confusionem atque conscientie penas his quos aliquando subtrahunt a statu gratie: et a via veritatis: et eos ad culpam reducendo faciunt illos ambulare per vias falsitatis et mendacij. Quamquam ille qui sequitur eos non est: ex hoc excusatus a culpa sua: quia compe-

si nullo modo potest ad culpam peccati mortalis ab istis demonibus visibilibus: vel etiam ab invisibilibus absque proprio consensu voluntario. Nullus itaque debet vitam ipsorum immittendo respicere faciendo mala que faciunt. Sed iuxta monita mee veritatis in euangelio sancto facere debetis ea bona que dicuntur ex doctrina data vobis in corpore mystico sancte matris ecclesie in sancta pagina declarata medijs antibus predicatoribus a spiritu sancto doctis qui vobis in veritate pronunciant verbum meum. Et illorum vitam: et opera mala nullo modo sequamini: nec eos in aliquo punire velitis: quia me grauiter offenderetis. Illis quoque relinquitte vitam iniquam: et pro vobis accipite doctrinam veram atque salutem. Punitionem vero mihi seruate: quoniam ego sum ille dulcis eternus deus qui cuncta bona remunero: et omnem offensam in congruo tempore punio. Non enim illis parceretur siue dimitteretur in suo tempore debita disciplina propter dignitatem eis a me gratis concessam: videlicet quia ministri mei sunt effecti. Immo iuste punientur ultra ceteros in maiori miseria si se non correxerint: quia plus a mea bonitate receperunt. Et ideo tamquam ingrati me totaliter offendentes indubitate valde maiori punitione sunt digni

Tractatus.

Itaq; vides eos esse velut demones
z e conuerso tibi dixi de meis electis
q; erant angeli terrestres z ideo fa-
ciebant angelorum officium.

Quomodo i predictis ministris
iniquis iniustitia regnat z preci-
pue non corrigendo subditos.

Capitulum. cxxij.

O Tri tibi q; i electis ministris
meis iuste margarita resul-
gebat nunc vero tibi dico q; isti mi-
serabiles: z infelices in pectore suo
gestant i iustitia p; sibula que qui-
dem iniustitia cum amore proprio
coniungitur atq; connectitur in eis
Nam ex amore proprio comittunt
iniustitiam contra suas animas ac
etiam erga me cum indiscretione te-
nebrosa: quia mihi non exhibent ho-
nozem z gloriam neq; sibi metipsis
vitam sanctam z honestam neq; de-
siderium salutis animarum habent
z virtutum claritatem. Et ideo com-
mittunt iniustitiam erga subditos
atq; proximos eorum neq; vitam eor-
rigunt imo velut excecati non agno-
scunt z ex inordinato timore displi-
cendi creature permitunt eos in su-
is infirmitatib; iniquis dormire. Nec
advertere videtur quia placere de-
siderantes ita grauiter offendunt z
mihi creatori suo ac etiam eisdem
valde displicent. Aliquando se cor-
rigere simulabunt vt cum aliqua
parua iniustitia se cooperire possint
non arguendo maiores qui grauis-
sima comiserunt q; illi minores quos

corrigunt z hoc ex timore seruilis ne
forsitan eos impediant vel auferant
eis vitam siue status eminentie sue
sed acriter arguunt infimos q; con-
siderant eis obesse non posse nec au-
ferre sibi statum. Iste proculdubio
committit iniustitiam ex amore pro-
prio detestabili qui proprius amor
vniuersum orbem infecit atq; misit
cum corpus ecclesie sancte siluestre
quidem faciendo viridarium huius
venerandi sponse flores tibi putridos
inserendo quod viridarium bene-
fuit ex cultum z virtuose renouatum
z ornatum odoriferis floribus tem-
pore quo ministri mei fideles z ve-
ri laborantes aderant. Nam ex eor-
virtute subditi non veniebant iniquis
sed cum vita sancta z honesta: ho-
die vero non ita sed oppositum qm
ex iniquitate pastorum ipsi subditi
mali sunt. Propter quod ista spon-
sa cernitur plena esse spinis mul-
tarum iniquitatum. Non quidem
in semetipsa recipere potest aliqua
lesionem cuiuscunq; putredinis pec-
catorum quo ad ipsius veneranda
sacramenta sed illi qui nutriuntur
ad vbera prefate sponse putredines
illam habent z voluntarie recipi-
unt in animabus suis auferendo, si-
bi dignitatem in qua posuerat eos
Non q; in se dignitas illa minuat
in aliquo sed intuitu defectu eor-
propter quos quamplurimi vili-
pendunt hunc vniuersum mei precio-
sum sanguinem. Quare frequentis-
sime seculares committunt illam ha-
bere reuerentia eis ad quam obli-
gantur virtute sanguinis iesu christi

Tertius.

si quis ita facere nullo modo debeant. Et si perdant illam ipsorum huiusmodi culpa non est ideo minor: licet illi defectuosi cognoscant ut iam supra dixi tum ipsi miserabiles et infelices exemplum exhibent iniquitatis atque misericordie ubi posueram et elegeram eos ut exhiberent exempla virtutum.

De plurimis alijs defectibus ministrorum. Cap. cxxij.

A Tede filia carissima prefatorum iniquo atque miserabili ministrorum vni tantam putredinem exhauriuit. Indubitanter a propria sententia sua quam ex amore proprio dominam instituerunt et animam in felicem suam esse fecerunt cum ego liberauerim eos ab omni seruitute cum vniuersi filij mei sanguine totum humanum genus a seruitute liberaui diabolica. Gratias huiusmodi recepit omnis creatura cordalis hos vero quos vixi non solum a seruitute diabolica liberaui et eligendo constitui ut mihi solum eterno deo seruirent vobisque ministrarent ecclesiastica sacramenta sed illos etiam ab humana seruitute liberaui taliter quod omnino prohibui atque prohibeo ut secularis aliquis dominus illos indicet vel aliquo modo puniat. Et attende filia carissima meritum quod mihi retribuunt pro tanto beneficio quia quotidie me persecuntur cum iniquitatibus atque scelerata vita sua cum tanta peccatorum varietate et lingua tua narrare ne-

quiret et audiendo quasi deficeret. Tamen aliqua tibi narrare volo propter ea que dixi ut matrem ampliorum habeas compassionis atque lacrimarum. Ipsi stare deberent iugiter in mensa fructifere crucis ex anxio desiderio sibi se nutrire cibo salutis animarum amore mei. Et quis omnis alia creatura in se rationem habens hoc ipsum agere tenetur. Ipsi multo fortius obligantur: quos elegi ut vobis affectuosa ministrarent vniuersi filij mei corpus et sanguinem et ut vobis exhiberent exemplum vite salutis et ut cum anxio atque pensoso desiderio sequendo viam incarnate mee veritatis cibo nutriantur iugiter animarum vestrarum in mensa sanctissime crucis ipsi vero pro sua mensa tabernaculi egerunt sibi iurant atque frequentissime perirant viuendo miserabiliter in multis iniquitatibus etiam in publico sicut homines excecati sine lumine rationis. Et ita sunt effecti velut animalia totaliter immunda propter huiusmodi defectus et vobis atque factis et actibus in vita lasciuia student officium vero negligunt imo frequenter ignorant et aliquid quando persolueno magis ore quam corde persolunt quoniam illud est a me remotum ipsi directe viuunt veluti ribaldi atque lusores: et ex quo luserunt atque alienauerunt animas eorum in manibus demonum ipsas exhibendo ipsi male sumunt et alienant bona temporalia suorum ecclesiarum que receperunt in virtute pretiosi sanguinis iesu christi. Unde pau-

Tractatus.

peres privati sunt omni subsidio quod habere tenentur: et ecclesia non habet ea que necessaria sunt in oportunitate diuino officio. Unde quia facti sunt in se templum abominabile demonum vilipendunt aduertere necessaria templo meo. Sed illud ornamentum quod in templo meo facere deberent ob reuerentiam sanguinis unigeniti filij mei faciunt in domibus eorum in quibus habitant. Et quod etiam veterius est ipsi faciunt veluti sponsus qui sponsam propriam ornat: ita faciunt isti demones incarnati qui de substantia temporali suarum ecclesiarum ornant abominabiles: atque de moniacas eorum concubinas cum quibus iniquis sceleratissime viuunt et absque verecundia quacumque faciunt eas ad ecclesiam cum alijs ambulare: atque diuinis officijs interesse dum ipsi miserabiles in altari consistunt ad consecrandum unigeniti filij mei corpus et sanguinem. Nec erubescunt quod infelicis ille concubine filios eorum ad manum adducant: ut offerant una cum alio populo. O demones incarnati atque demonibus deteriores utinam iniquitates vestre non essent ita publice coram oculis vestrorum subditorum ex eo quod si laterent eos offenderetis tantummodo me cum detrimento animarum vestrarum proximo vestro minime noceretis exhibendo sceleratam vitam vestram eis in exemplum. Quare cum exemplo vestro materiam prebetis ne sua peccata derelinquant: imo potius: ut

illa sine maiora committant. Nunquid hec est illa puritas quam a ministris meis opto et exigo: precipue cum ad celebrandum accedunt ad altare? Puritas eiusmodi videtur esse tali ministri: quoniam in mane surgit eorum inquinata: et contaminata mente: et corpore poluto iacuit in peccato mortali fetentis immundicie deinde procedit ad celebrandum. O tabernaculum demonis: ubi est nocturna vigilia cum officio diuino deinde celebrato ubi humilis oratio continua. In ipso namque tempore nocturno disponere te debes ad sacrum misterium quod habes in mane perficere cum vera notitia tui te reputans indignum ad tantum: atque tale misterium: et cum cognitione mei: quoniam ex bonitate mea te feci dignus: et non tuis meritis elegi te in ministrum meum: et ut illud in creaturis meis virtuosissime ministrares.

Quomodo in ipsis ministris inuenitur esse peccatum contra naturam: et de quadam visione super hoc habita. Cap. cxxiij.

Noueris amatissima filia carissima: quod tantam puritatem ab eis ac et a vobis in isto venerabili sacramento requiro quantam in vita presentis homo potest habere. Unde quod tibi in vobis est quotidie conari debetis illam iugiter acquirere. Nosce namque debetis: quod si possibile foret expediret et ipsam angelicam naturam

Tertius.

In hoc venerabili sacramento puri
ficari: sed oio purificatione non indiget:
quasi in angelo peccati venenum occur
rere: non valet: hoc vero tibi dixi: ut
intelligas quantum ab omnibus in isto ve
nerabili sacramento puritatem exqui
ro precipue tamen ab eis. Sed oppositum
agunt: quia valde sunt immundi: neque
solummodo de immundicia fragili
ad quam estis quodammodo natu
raliter inclinati: quibus virtuosa ra
tio: quando vult una cum arbitrio
libero vobis a mea bonitate tradi
to refrenare potest huiusmodi natu
ralem inclinationem atque rebellio
nem. Sed isti miseri non tamen istam i
nclinationem in se refrenare: non student
imo quod est valde peius vacant illi
sodomitico peccato contra naturam.
Et ipsi veluti stulti: et excecati: non
vident: nec intelligunt huiusmodi
miseriam putredinis in qua sunt eo
quod offuscatum habent oculum intellectus
et attendere non vident: quia propter abho
minabilem fetorem quem inde precipio. In
isto iudicio meo solum ex isto peccato
quingentas civitates aliquando feci sub
mergi: quia iustitia mea noluit ultra
sustinere tantam abominationem
quia non solum ego qui summa sum: et
eterna puritas ab hominum enormi
tatem tanti criminis verum: et ipsi
demonstrant quos ipsi miseri volunta
rie sibi dominos effecerunt. Non quod
pe demonibus displicet illud: vel
aliud peccatum: ut eis aliquid bo
num virtuose placet. Sed quia na
turam habent angelicam: et ideo na
tura talis omnino vitat actualiter

videre committi tam enorme pecca
tum quantum ipsum peccatum: et an
te vulneraverit venenata sagitta
concupiscentie. Cum vero pervenit
ad actum huiusmodi peccati subi
to fugiendo recedit occasione predi
cta. Unde tu bene recolle debes: quod
ante mortalitatem: ego tibi patefe
ci quantum erat abominabile mi
hi: et quantum quasi totus orbis ex
isto peccato corruptus erat. Unde
levando te super te ipsam te ex an
xio desiderio: et elevatione mentis om
ni tibi mundum univertum. Et quasi
peccatum hoc abominabile vide
bas in omni manerie gentium effu
sum: et videbas: ut ego tibi monstra
ui demones inde fugere sicut iam
tibi dixi. Et ipsa tunc habuisti tan
tam in mente tua penam ex illo fe
tore: quod quasi videbatur tibi in mor
tis articulo laborare. Neque videbas
locum in quo tu et alii servi mei sta
re possentis ne a tali fetore contami
narentur. Non enim inveniabas lo
cum aliquem in quo tute stare pos
ses: nec inter parvos: nec inter ma
gnos: nec inter antiquos: nec inter
iuniores: nec inter religiosos: nec in
ter clericos: nec inter prelatos: nec
inter subditos: nec inter dominos:
nec inter servos. Nam omnes qua
si videbantur ista maledictione con
taminari mente simul et corpore. Tunc
ostendi tibi non in omnibus homi
nibus particulariter: sed in genera
li de quacunque manerie gentium:
quia plurimi non sunt: ita contaminati.
Nam inter malos et reprobos eti
am aliquos mihi reservavi iustos: et

Tractatus

bonos amore quorum iustitia mea
refrenatur ne lapidibus iniungam
vt eos in instanti conterant atq; ter
re vt eos illico deglutiat atq; absor
beat z auibns vt eos deuorent atq;
demonibus vt eorum animas pari
ter z corpora secum asportent. Imo
vias atq; modos inuenio q̄tū est in
me vt habeat a me misericordiam
hoc est vt illi corrigant vitam suam
Ordino etiam seruos meos qui om
ni lepra mortifera carent veluti me
ditatores vt pro eis intercedant in
conspectu meo z illis aliquando pa
tesfacio huiusmodi miserias eorum
vt amplius z feruentius in corde so
licitentur ad inquirendam salutem
eorum offerentes eos in conspectu
meo cum compassione maiori atq;
dolore peccatorum illorum z offen
se contra me perpetrare me feruen
ter exorando sicut ego feci tibi. Qz
si bene recolis cum exordinatione
mea tu percipisset vnam paruum
scintillā huiusmodi fetoris ad q̄dā
extremi tates te cognouisti deductā
vnde cordialiter exclamando dixi
sti. O pater eterne miserere mei tua
rumq; creaturarum vel animā meā
a corpe subtrahas quia mihi videt
ultra tollerare non posse: vel mihi
refrigerium exhibe mihi locū osten
dendo in quo possim vna cum alijs
amicis tuis virtuose acquiescere ne
lepra talis vllō modo nobis obesse
valeat vel animas siue corpora con
taminare. Ego vero tibi respondi
pictatis oculum ad te vertendo di
cens z nūc iterato dico: filia dilectis
sima requies vestra consistit in hoc

vt laudem z gloriam cotidie nomi
ni meo reddatis adolentes iugiter
denotarum orationum incensus in
conspectu meo pro infelicibus istis
qui iacēt in tāta miseria quottidie
proudcantes diuinum iudicium
contra se propter iniquitates eo
rum: locus vero vester in quo
semper immobilis sit vobis iesus
christus crucifixus vniigenitus fili
us meus habitantes atq; latitantes
ī caerna sui pretiosi lateris vbi gu
stabitis ex amoris affectu ī illa sua
natura humana meam viuīnāz na
turam in corde suo sic aperto inne
nietis aperte meaz atq; proximī ca
ritatem. Nam propter honores me
um z vt obedientiam inunctam si
bi a me perficeret in salutem vestrā
velocissime cucurrit ad mortem ob
probrosam sanctissime crucis. Cui
vero gustaueritis hunc ineffabilem
amorem z cum diligentia confide
raueritis doctrinam eius opere se
quemini nutriendo vos iugiter in
mensa sanctissime crucis ex carita
te portantes cum vera patientia de
fectus proximorum vestrorum ac
etiam omnem laborem penam atq;
tormentum vndecunq; perueniūt
z per modum hunc enadentis leprā
que fugietis iste locus est z modus
quem assignaui tibi: z alijs amicis
meis. Tamen isto remedio non ob
stante non auferebatur: ab anima
tua sensus illius percepte putredi
nis nec ab intellectus oculo recede
bant ille tenebre: quibus ofuscata
fueras donec anime tue fuit a mea
bonitate proutissimū. Quare vā poi

Tertius.

Ita communicant sumendo vene-
rabile sacramentum corporis et san-
guinis unigeniti filij mei qui vere
deus est et homo prout in altari sum-
mittis in signum aperte veritatis
omnis fetor ille subito cessauit vna
cum tenebris ex odore pariter et lu-
ce perceptis in gustu predicti vene-
randi sacramenti in tantum quod odo-
rem illius in ore simul et gustu tuo
pluribus diebus admirabili modo
retinuisti et persensisti sicut a bonita-
te mea fuerat ordinatum. Itaque vi-
des amantissima filia quantum ab
homino in quacumque creatura ini-
quitate huiusmodi sed valde ma-
gis in his quos a mundo retraxi et
elegi ut in statu continentie mihi mi-
nistrarent. Aliqui in angelico statu
sancte religionis quidam autem in
statu platiōis veluti fructifere pla-
te in agro mystici corporis ecclesie sancte
plantati ut mihi fideliter in verita-
te ministrarent. Aurea tue leniter
audire non possent neque lingua tua
narrare quantum iste defectus ab-
hominabilis mihi displicet in eis
ultra displicenciam quam habeo ge-
neraliter in hominibus in vita se-
culari viuentibus. Ex eo quod isti sunt
veluti lucerne super candelabro col-
locate ministratiōes viri solis in lu-
mine virtutis et honeste sancte que-
rite. Sed ipsi ministrant in tenebris
Et adeo tenebrosi sunt quod sacra pa-
ginam in se proculdubio luminosam
quam hauserunt electi mei cum lu-
mine supra naturali meo vero lumi-
ne pendente sicut alibi narraui tibi
et eorum inflata superbia frequen-

ter interpretantur in tenebris et im-
munde viuentes non vident nec in-
telligunt aliquid inde nisi litterale
corticem exteriorem et absque sapore
quocumque recipiunt illam ex co-
gustus anime non est ordinatus im-
mo corruptus ab amore proprio et
elatione mentis et immunditia sto-
machum habentes impletum ero-
ptantes inordinatas eorum concupi-
scentias adimplere. Repleti namque
sunt immunditia cupiditate curio-
sitate et auaritia et absque verecundia
sua crimina publice committendo
gloriantur ac etiam usuram a me
prohibitam exercere multi miseri
non erubescunt.

Quo subiecti ex predictis defecti-
bus quos in prelatiis aspiciunt se mi-
nime corrigunt. *Capitulum cxxv.*

Quomodo possunt igitur isti
tot et talibus infecti vicijs at-
que repleti de fratribus arguere que-
quam et iustitiam exercere de subdi-
torum erroribus et defectibus. Nul-
lo modo bona fronte possunt ex eo
quia reproba vita propria tollit eis
audaciam et iusticie sancte zelum.
Et si quando vellent exercere. Iusti-
ciam aliquam audent eis infelices
atque miseri subditi dicere. Medice
primo cura te metipsum et postea mi-
hi prebe medicinam tu laboras eni-
m egritudine grauiori quam ego et argue-
re me contedis. Male proculdubio
facit ille qui solo verbo subditum
arguit et non cum ordinata sancta-
que vita siue sit ille bonus siue ma-

Tractatus.

Ius ordinate tamē potest immo de/
bet in subdito suo peccatum argue
re ac etiam iuxta posse corrigere: s; ipse male facit q; ipse non arguit
atq; corrigit verbo z exemplo vir/
tutis z sancte vite. Subditus vero
gravius offendit non acceptando
correctionem humiliter a bono sine
malo prelato sibi factam in salutem
anime sue vitam suam defectuosaz
corrigeno: quia sibi soli nocet z nō
alteri: vnde solus ipse tempore con/
gruo punietur pro suis defectibus.
Hec omnia mala contingunt quia
prelati non attendunt ad corrigen/
dum subditos cum sancta z exēpla
ri vita. Et ideo non corrigunt quia
ab amore proprio sunt excecati in
quo fundate sunt omnes iniquita/
tes eorum z non attendunt nisi ad
perficiendas inordinate voluntate/
tes atq; concupiscētiās eorum: z ad
ista videntur omnes vacare in gret
tam subditi q; prelati: tam clerici
q; religiosi. O filia mea dilectissi/
ma ubi est hodie religiosorum obe/
dientia qui collocati sunt in sancta
religione velut angeli z illorū quā/
plurimi sunt demonibus iseriores
imo deteriores. Electi sunt vt annū
tiant in veritate verbum meum in
doctrina pariter z vita: z ipsi clamāt
verbo solimmodo vocis: z ideo
non sequitur aliquis fructus in cor
dibus auditorum. Predicationes
eorum potius compositę sunt ad cō
placentiam hominum z aurium pu
ritum z consonantiam q; ad hono
rem meum vel animarum salutem.
Ideo sollicitę student non in sancta
vita: sed vt verba sua valde polite

proferant cum quadam mundana
sine secundā iuliana. Isti procul/
dubio non seminant vtile semē ver
bi mei realiter atq; salubriter quia
non attendunt ad euellendum vi/
tia z plantando virtutes. Vnde qz
non extraxerunt ex orto suo spinas:
ex orto proximorum euellere negli
gunt: z omittunt cellas proprias
inutiliter z curiose discurrendo per
cistates: vnde contingit eis velut
piscibus accidit qui quando diu nō
crisunt in aqua proculdubio mori
untur. Ita religiosi vani quādo mo
rantur extra cellam inhoneste viuē
do vita gratie privati moriuntur.
Tales a sua cella discedunt de qua
sibi celum facere deberent: z eundo
per vicos z plateas curiose visitant
amicorum siue consanguineorum
habitationes z aliorum seculariū
vt inordinate eorum voluntati pla
cet z videtur. Quorum huiusmodi
culpa pro parte redundat in prela/
tos eorum indiscretos qui concedūt
huiusmodi licētiās amplas z lar
gas nimis z indiscretas. z veluti mi/
seri pastores z infelices per effectus
nō aduertunt nec curare videntur
videndo subditorū animas in ma
nibus demonum: imo q; est etiā val
de graui⁹ ipsimet sunt in causa dā/
nationis eorum. Nam aliquādo vi/
dentes illos eē dissolutos velut icar
nati demones eos ad monasteria vi
rigunt vbi nouerunt esse demonia/
cas moniales lasciuas z inordina/
tas: z ita cum ingenio subtili z ad
mirabili vnus est causa ruine alte
rius principium aut ipsorū ex ope/
ratione demonis erit sub colore de

Terminus

uotionis: sed quoniam vtriusque vi-
ta miserabilis est atque lasciuia non
diu durat iste color huiusmodi si-
mulate deuotionis quia subito fru-
ctus appareret huius infelicis et inor-
dinate deuotionis: et primo quidem
apparent flores inique fetentes im-
mundarum et inhonestarum cogita-
tionum postea frondes verborum
turpium et ex vtraque parte procedunt:
deinde suadente diabolo ve-
nenata sua desideria perficiunt. fru-
ctus vero qui sequitur inde tu no-
sti quos aliquando vidisti quia filii
sunt: et aliquando deducuntur ad
male precipitium ambo quod habitum
sancte religionis abicientes apostata-
nt vterque. Ille ribaldus atque mi-
ser et ipsa publica meretrix efficitur.
Omnium istarum iniquitatum ma-
li prelati sunt in causa quod supra eorum
subditos oculos habere neglexerunt
immo concedebant eis largam atque in-
ordinatam licentiam et videntes et
agnoscentes eorum iniquitates vi-
dere dissimulabant. et quia subditus
non fuit in cella delectatus: et ita per
vtriusque defectum incidit in mortem
lingua tua faciliter enarrare uequi-
ret in quod et quam variis modis offe-
dere me conantur. Facti sunt arma
diaboli et cum fetore suo venenose
corrumpunt intus et extra videlicet
in religione sancta sed extra secula-
rium aspectus privati caritatu fra-
terna sunt et quilibet optat atque con-
tendit esse maior et contra pauper-
tatis votum propria possidere co-
natur. Ipsi permiserunt ordinem obser-
uare sed in facto miserabili modo transgrediuntur:

immo quod est valde periculosum non solum ipsi
transgrediuntur ordinem sed veluti lupi
rapaces insurgunt et persequuntur
bonos et humiles qui ordinem conantur
obseruare faciendo super eos tru-
stas atque verisiones existimantes ex
his verisionibus quibus obseruatores
ordinis ita persequuntur eorum
proprietam cooperuisse miseram
vitam sed ex hoc apertius ipsi
patefaciunt illam. et ideo tot incon-
uenientia in sanctis religionibus
occurrunt. Sancte quippe sunt in
se: quod facte sunt atque fundate reali-
ter a spiritu sancto ideo non est de-
fectus in ordinibus sed in transgres-
sionibus. Ideo minime eduntur pro-
pter aliquem defectum subditorum
sive malorum religiosorum. Ex hoc
ergo qui cupit aliquam ingredi re-
ligionem non debet attendere neque
sequi mores eorum qui viuunt inor-
dinate transgrediendo regulam: im-
mo super brachia sancte religionis
approbate nauigare vult qui non infirma-
tur in semetipso nec infirmari potest in
illis qui seruetur vix ad mortem illam obsequat
Dicebam quod sancte religioes ex defectu pre-
latorum atque puerorum subditorum ad tam
tam relaxationem adducte sunt quod illi
quod simpliciter ordinem obseruare conan-
tur iudicant a transgressoribus veluti
culpabiles et valde reprehensibiles ex
eo quod minime sequuntur iordiana ve-
stigia sua: ipsi quoque pueri cerimonias
quod bene ordianerunt obseruare studet so-
lum in oculis hominum secularium ad compla-
cedum eis: et ut eorum iordianitates atque
defectus aliquid optant. Ita quoque vi-
des quod votum primam obedientie quam promissit

Tractatus.

est ordinē obſuare nō iplēt de qua
qdē obediētia tibi loqr in alio loco.
Couerunt inſuper obſeruare pau/
pertatem volunturiam atq; conti/
nētiam: hec autem qualiter obſer/
nent vide poſſeſſiones ⁊ abundan/
tiam pecuniarū quas in ſua ſingu/
laritate poſſident a caritate com/
muni ſeparati non communicando
cum ſuis fratribus tam temporale
q̄ ſpiritualem ſubſtantiam vt ordo
caritatis ac ſacra religio diſponit ⁊
ordinat. Ipsi vero ſolummodo ſtu/
dēt impinguare ſemetipſos anima/
lla ſua ⁊ ſic vna beſtia nutrit aliam
⁊ interim frater eius fame crucia/
tur ⁊ affligitur ingenti frigore ve/
lut inops atq; pauperulus. Poſt
q̄ enim habundantiſſime pro ſe ful/
citus eſt panis ⁊ pellibus ⁊ quot/
tidie nutritur ⁊ vtitur in ſua men/
ſa curioſis epulis vltra de fratre
ſuo pauperulo non curat ⁊ ideo re/
nuit eſſe cum eo in paupere menſa
refectorij. Sollicite ſtudet ad eſſe
vbi caribus implere poſſit atq; ſa/
nare propriam gulam vnde poſtea
videtur impoſſibile q̄ ipſe tertium
continentie votum obſeruare vale/
at. Quia plenus venter non ſignit
mentem caſtam. Immo laſciuū ſi/
unt huiusmodi cum inordinatis cō/
cupiſcentijs ⁊ ita procedunt de ma/
lo in peius. Et multa mala contin/
gunt eis ex eo quia poſſident iſta tē/
poralia quia niſi haberent ad expē/
dēdū non ita vnerent inordinate
nec haberēt amicitias inuiles ⁊ cu/
rioſas. Quia quādo quis nō habet
vnde largiatur amicitia que non ē

in vera caritate fundata ſed in amo/
re doni vel alterius complacentie
quam vnus ab altero recipit non
diu permanet. O miſerabiles in tā
ta miſeria collocati propter eos de/
fectus quibus ſe voluntate ſubiece/
rūt cū ego collocauerim eos in tāta
dignitate ipſi vitant ad eos acce/
dere velut ad locum venenatum ⁊
ſi quantisper ibi morantur voce
clamant: cor autem eorum eſt val/
de remotum a me ad altaris men/
ſam accedunt ex quadam conſuetu/
dine magna q̄ ex aliqua deuotio/
ne ſine precedenti quacunq; diſpo/
ſitione quemadmodum irent ad
menſam corporalem: hec ⁊ alia mul/
ta mala de quibus tibi dicere nolo
ne grauentur ſiue maculentur au/
res tue ſecuntur ex defectibus pa/
ſtorum ⁊ eorum ignauia quia non
corrīgunt ſubditorum ſuorum defe/
ctus neq; curant vel aliquem oſten/
dunt habere zelum vt ordo ſeruet
qm̄ ſe non ſeruant ipſi. Sed iniu/
ſte ponent aliquando lapides gra/
ues obuiarum que moleſtabūt hu/
milis ordinis obſeruatōres eos in/
iuſti puniēdo de culpis quas in ve/
ritate minime commiſerunt. Totū
hoc accidit qm̄ in tali: prelato pre/
tioſa margarita iuſtitie minime re/
fulget imo ſolum iuſticiam rognat
in pectore ſuo ⁊ ideo punit iniuſte
ſubditū qui meretur habere gra/
tiam atq; beniuolentiam ⁊ illis qui
ſunt diaboli membra ſicut ipſe dat
amorem iocunditatem ⁊ ſtatum or/
dinis officia talibus imponende.
Ipsi velut excecati viuunt ⁊ velut

excecati prebent ordinis officia & ita subditos inordinatissime gubernant. Et nisi se corrererint in vita presentis cum ista cecitate sua pervenerint ad tenebras eterne dampnationis. Et oportebit ut ante me suum iudicem districtam rationem exhibeant de subditorum animabus: & quod male mihi reddere poterunt id iuste recipiet a me quod recipere merentur.

Quo in dictis iniquis ministris ecclesie regnat luxurie peccatum.

Capitulum. cxxvi.

Quoniam filiis dixi tibi scintillam puam de vita religioso/rum & cum quanta miseria vivunt in sancta religione cum divinum vestimento cum ipsi sint lupi rapaces nunc vero tibi narrare dispono de defectibus clericorum atque ministrorum ecclesie sancte tecum iuste conquirendo de predictis eorum defectibus ultra defectus quos alias tibi narraui supra tribus columnis vitiorum videlicet de immundicia inflata superbia & cupiditate quoniam ex cupiditate sancti spiritus vendebant gratiam ut iam tibi dixi. Istorum trium vitiorum unum ab altero dependet & istarum columnarum amor proprius est in causa. Iste columnae dum recte consistunt & a more virtutis non deiciuntur ad terram: & omnino non ruunt: verum sufficiunt animam tenere ligatas & obstinatam in quolibet alio vitio. Quoniam omnia alia vitia sicut iam supradictum est oriuntur ab amore proprio nam ab amore proprio principale superbie vitium oritur:

homo namque superbus utique primus est amore caritatis & a superbia procedit ad immundiciam & ad avaritiam & sic homines per semetipsos incathenantur atque ligantur in cathena diaboli. Nunc o carissima filia respice cum quanta miseria fetetis in mundicie maculant istius miseri corpus atque mentem ipsorum ut aliquid iam tibi dixi. Sed aliquid addere volo ut apertius agnoscas exuberantem fontem misericordie mee & ampliori compassione movearis ad hos infelices quos ista tangunt. Sunt aliqui ita impleti demoniaca conditione quod non solummodo carent omni reverentia circa venerabile sacramentum excellentiarum vilipendendo in qua collocant eos ex inestimabili bonitate mea sed ipsi velut imemores ex affectione misera quam circa creaturam aliquam habent eorum ab illa obtinere non valent quod optant agunt aliquas incantationes invocando demones & eorum venerabili sacramentum quod est vobis exhibitum in cibum vite facient sua maleficia mortifera ut infelicissima desideria sua perficere valeant ac inhonestas voluntates eorum executioni mandare. Et oculos illas de quibus ipsi debent habere curam ipsis providendo spiritualiter atque corporaliter his & alijs modis affligendo cruciant. Et ut etiam ipsa vidisti casus compellunt velut insipientes & metecaptas. Et ita violenter acquisce casus faciunt his que sunt ultra voluntatem ipsarum propter maleficia que fecerunt isti demones in-

Tractatus.

carnati. Et aliquando propter huiusmodi violentiam quam ipse resistendo sustinent carum corpora grauius affliguntur. Et quoniam hec et multa alia mala tu plene nosti de miserabili: et inhonesta vita eorum ultra non expedit in presenti replicare. O carissima filia carnem humanam ultra choros angelorum exaltatam ex unione diuine nature cum humana vestra natura taliter istis miseri et infelices vilipendunt atque tanto fetori subiiciunt. O miser et abominabilis homo: non homo: sed animal immundum: quia carnem tuam oleo sancto perunctam: et inhi-consecratam absque verecundia meretricibus exhibes ac etiam veterius inquinans. Carni tue totiusque ignis humani fuit ablata plaga qua vulnerauerat eam. Adam ex inobedientia sua super ligno sanctissimo crucis virtute plagati corporis unigeniti filij mei. O miser ipse te honorauit et econuerso tu irrogas ei contumeliam. Ipse vulnera tua sanauit precioso sanguine suo: et quod amplius est ipse tibi commisit ipsum sanguinem omni populo suo ministrandum: et tu vulneras eum quantum est in te cum huiusmodi peccatis inhonestis atque lasciuis: ipse veluti bonus pastor abluat oues eius in sanguine suo: et tu lotas inquinando fedas quia iuxta posse tuum infetenti fimo submergis eas. Tu debes esse speculum honestatis: et econuerso tu es exemplum inhonestatis et imunditie. Omnia membra tui corporis: ut apparet miserabiliter

ad operandum disponis: et oppositum agis eius quod unigenitus filius meus egit. Nam ego sustinui quod eius oculi velarentur: ut oculi tui salubriter illuminarentur tu vero cum tuis oculis lasciuis venenata sagitta percussis animam tuam: et iuxta posse conaris vulnerare cor illarum creaturarum quas ita corrupta mente respicias. Ego sustinui quod aceto se le mixto potaretur: et velut animal inordinatum auide tibi procuras epulari splendide quodammodo faciendo tibi de ventre deum: vel idolum in tua lingua ingiter habes inhonesta verba cum vanitate multa quam exercere deberes in ammonendo proximum in annunciando verba mea: et in persoluendo diuinum officium: ut obligaris ore pariter et corde. Ego autem ex illa solummodo sentio fetorem iuras enim atque sepe perinras: etiam blasphemando quemadmodum chies vnaus vilis ribaldus. Ego sustinui quod illi ligarentur manus: ut te simul: et humanus genus a culpe vinculo solueret. Manus tue consecrate sunt: et vncte ad ministrandum venerabile sacramentum. Tu vero eas exeres in tactibus immundis: et inhonestis. Omnia opera tua que per manus intelliguntur corrupta sunt: et in obsequium diaboli parata: et ordinata. O miser homo ego te collocaui proculdubio in dignitate magna: ut mihi soli seruias: tu et omnis alia creatura habens in se rationem. Ego sustinui quod ipsi filio meo pedes affigerentur faciendo tibi scalam de cor-

pore suo: et volui sibi costatum aper-
 riri: ut ipsa secreta cordis aperte vi-
 dere posses. Ipsum vobis ego con-
 cessi velut apothecam apertam ubi
 possitis videre: pariter: et gustare in-
 effabilem amorem quem ad vos:
 habeo reperiendo naturam in co-
 ditinam unitam vestre nature hu-
 mane: sibi videre potes: quod ille san-
 guis eius de quo te feci ministrum
 est veluti salubre balneum ad ablu-
 endam tuas: et aliorum iniquitates
 tuas vero de corde tuo fecisti demoni-
 templum. Tuus etiam affectus qui
 pro pedibus intelligitur in se non
 habet: nec offert in conspectu meo:
 nisi putredinem: atque vituperium.
 Ipsi pedes tui non deserunt: nisi ad
 loca diaboli: ita cum toto corpore
 tuo tu percutis unigeniti filii mei
 corpus ex eo: quia facis oppositum
 omnium que fecit ipse ac etiam eo-
 rum que facere teneris: ista tui cor-
 poris instrumenta sonum tenuerunt in
 ordinatum atque malum ex eo: quia
 tres anime tue potentie congrega-
 te sunt in nomine demonis ubi con-
 gregare debueras in nomine meo.
 Memoriam debuisti tenere plenam
 beneficiis a me graciosè receptis: tu
 autem in ipsa conseruas inhonesti-
 tem: et alia multa mala. Oculum
 insuper intellectus cum lumine san-
 ctissime fidei debuisti ponere in ob-
 scuro iesu christi crucifixi a quo mi-
 nister electus es: tu vero proposui-
 sti tibi statum: atque delicias vite
 presentis cum vanitate multiplici:
 et tuus affectus amare me solummo-
 do debet absque medio tu vero mo-

do damnabili creaturas inordina-
 te diligis atque miserabile corpus
 tuum insuper alia animalia tua
 plus amare conuinceris quam me
 dominum tuum. Et quid hoc aper-
 te demonstrat. Impatientia quam
 erga me demonstras auferendo tibi
 quicquam ex his que diligis at-
 que displicentia quam erga prox-
 mum habes quando tibi videtur
 aliquod habere detrimentum ab
 eo. nam ipsum habes odio cum bla-
 sphemiam: et caritatem eius atque me-
 am aperte multum offendis. O mi-
 ser et infelix effectus es velut i mini-
 ster diuine mee caritatis ignifere:
 tu vero propter inordinata deside-
 ria tua propria pro paruo tempo-
 rali detrimento perdis illum. At-
 tende filia carissima: quoniam hec
 est vna de illis tribus miserabili-
 bus columnis de quibus iam tibi su-
 pra dixi.

Qualiter in predictis ministris
 auaricia regnat etiam ad usuram
 prestando.

Capitulum. cxxvii.

Nunc ergo tibi de secunda co-
 lumna videlicet de misera-
 bili auaricia narrare dispono quas
 ego satis abhorreo pro eo quod infelices
 isti vendere conantur illud quod
 unigenitus filius meus tanta li-
 beralitate donauit eis. Attende-
 re namque vult ipse in ligno crucis aptum:
 et ex toto laceratum undique sanguine

Tractatus.

effusum. Non enim redemit homines auro: vel argento: imo suo sanguine precioso propter amoris abundantiam: Neque redemit unam solūmodo mundi partē: imo quātū in eo fuit ex amplissima caritate sua redemit uniuersum genus humanū preteritos: v3 presentes et futuros: neque vobis exhibuit huiusmodi sanguinem absque igne pro eo quod cum igne seruentis amoris vobis illud impendit. Neque recepistis istū ignem et sanguinem absque natura diuina: quoniam in ipso fuit perfecte vnita cum humana natura vestra: et huius vniti sanguinis ex affectu tā excessiue caritatis isti miseri ministri effecti sūt. Et ipsi cum auaricia tanta et cupiditate detestabili: quod a filio meo pretio tanto et ingenti caritate redemptū est in cruce: v3 alias ita vilipendunt: et male tractant. Atque thesaurū eis gratis commissum ex quo ministri facti sunt huius pretiosi sanguinis in auaricia tanta dispensant: quod est. scilicet gratias vendere satagūt quā ipsi gratis acceperunt: vt alij et ipsi simili modo ministrēt: sed econuerso subditos a se redimi faciūt quā ipsi subditi petunt: quod sibi gratis precessi. Tales non hnt os audum vt apte videt ad gustandum: et manducandū escam aiarum ad honorem meum: imo solum ad deuorandum pecunias. Et ita sunt in caritate restricti super eo quod ipsi liberaliter acceperunt quod in eis per gratiam habitare nequeo: neque proximus pro amore. Substantiā tpalem quā ipsi acceperunt habūdanter vtrute pretiosi sanguinis iesu christi la

scilicet presumūt viuendo luxuriose cum mulieribus et hoibus ihonestis et atinentibus eorum nutriendos vituperabiliter adulteros filios eorum. Et solū attendentes ad semetipsos veluti faures atque latrones digni morte eterna furantur ea quod sunt ecclesie et pauperū iesu christi. O miserabiles vbi sunt filij dulcium atque realium virtutum quas habere debetis: vbi est ingens: et affectuosum desiderium circa meum honorem atque salutem animarum vbi est ille dolor atque cruciatus quo salubriter affligi debes videndo lupum infernalem auferentem atque deuorantem oculos tuas. Nō adest. Quoniam in arto corde tuo atque similitum tuorum amor mei: neque proximorum tuorum non est neque etiam capere potest in eo. Tu solum modo diligis temetipsum amore priuato: atque sensituo cum quo venenas temetipsum et alios. Tu es ille demon infernalis qui deuoras eas cum indinato amore. Aliud non videtur appetere gula tua. Et ideo minime curas quantum ille demon inuisibilis eas asportet. Tu ipse demon visibilis effectus es instrumentum: vt ad inferna descendant. Quos vestis atque pinguefacis de substantia ecclesie: Temetipsum et alios diabolicos viros vna tecum simul: et animalia tua: videlicet pulchros equos ornatos quos in stabalo tuo tenes non ex necessitate: sed ex curiositate propter inordinatas concupiscentias tuas. Tu deberes contentari si necessitati satisfactus es

Tertius.

Iste superflue concupiscentie solēt esse secularium hominum vite pre-
sentis delectationes vero tue debe-
rent esse circa pauperes etiam infir-
mos visitando: subueniendo neces-
sitatibus eorum spiritualiter: atq;
temporaliter. Ex hoc te precipue fe-
ci ministrum atq; tantam exhibui
dignitatem. Sed quia tu brutum
animal effectus es ideo delectaris
in animalibus illis. Tu vero non
vides veluti excecatus: quia si vide-
res: et attente cōsiderares eterna sup-
plicia que tibi parata sūt nisi te cor-
rexeris nullo modo faceres: imo vo-
leres de preteritis transgressioni-
bus atq; p̄sentes virtuose vitares.
Ergo filia carissima considerare po-
tes q̄ iuste conqueri debeo de mi-
seria ministrorum istorum. Et cum
quanta liberalitate dotavi eos at-
que magnificavi et ipsi cum quanta
misera cupiditate degenerant: et ab-
ominabiles atq; reprobi fiūt. Ad
hoc etiam aliqui augent suas ini-
quitates ad usuram: videlicet pre-
stando non q̄ quasi usurarij publi-
te tendicula; in hostio suo teneant.
Sed cum ingenio subtili exquisito
tempus venditare procurant pro
rimo suo ex cupiditate sua peruer-
sa quod omnino prohibitum: et illi-
citurum est. Et si esset aliquod ense-
nium parvi valoris: et ipse cum in-
tentione sua recipiat in loco precij
pro servicio cōmodate pecunie tan-
quam usura reputabitur: et quic-
quid aliud accipiet pro tali tempo-
re. Ego constitui miserum huiusmo-
di: ut ipse secularibus hoc interdī-

cat: et ipse facit ita. Et insuper addo
q̄ si quis ad eum vadit pro consilio
super tali materia: quando inuolu-
tus est in eodem defectu: et quia lu-
men rationis amisit consiliū eius
tenebrosū omnino est atque pas-
sionatum ex eo: q̄ anima sua simili
passioni subiacet. Ipsi euz alijs plu-
ribus defectibus oriuntur a corde
suo cupido: et auaro. Tali congrue
dici potest verbum veritatis incar-
nate: quando facto flagello de feni-
culis ciccit vendentes: et ementes a
templo dicens domus mea: domus
orationis vocabitur vos autem fe-
cistis illam speluncam latronum.
Tu bene vides dulcissima filia: q̄
ita se veritas habet: ipsi vendunt et
emunt quasi mercanciam agentes
de gratia spiritus sancti. Et sic ma-
nifeste patet q̄ illi qui volunt ec-
clesiastica beneficia multa largiun-
tur exenia simul: et pecunias illis
qui stant i cirenitu curie. Et illi mi-
seri fautores attendere negligunt
vtrum sint boni vel mali. Sed vt
complaceant: et amore vni perce-
pti sattagunt huiusmodi plantam
vere putridam in vridario sancte
matris ecclesie collocare: vnde faci-
ent ex hoc optimam summo ponti-
fici rationem. Et sic vterq; frau-
dulenter incedit cum vicario yesu
christi: vbi deberent cum veritate
pur̄ procedere. Sed si vicarius vni-
geniti filij mei reprehendit huius-
modi defectum illorum vtrunque
punire debet auferendo benefici-
um indigno nisi vitam suam emen-
dauerit. Alter vero qui emit con-

Tractatus.

grue poneretur in carcere donec d
suo defectu videatur esse correctus
vt alij timeant: ita decetero perpe-
trare. Si sumus pontifex: ita faciet
proculdubio succedet ad honorem
meum: et debitum eius finantem
de isto peccato punietur: quoniam
compelletur ante me reddere ra-
tionem de suis ouibus: crede filia
dissectissima q̄ hodie non ita serua-
tur: et ideo tot in ecclesia mea dese-
ctus oriuntur ex eo: quia quando
promotiones in ecclesia fiunt non
inquiritur de vita promouendo-
rum utrum bona sine mala fuerit.
Et siquid inquiritur interrogatur
illi qui cum eis simul male vite sunt
qui non aliter exhiberent attesta-
tores: nisi prout in se percipiunt es-
se maculatos. Et hodie precipue re-
spicitur ad alicuius status altitu-
dinem: vel nobilitatem huius mi-
seri corporis: vel ad temporales di-
uitias: et q̄ valde polite loqui noue-
rit promouendus. Et quod est val-
de mirabile: imo detestabile in con-
sistorio quandoq̄ dicitur: et allega-
tur q̄ pulcher est homo: attende via
bolicum opus: quia deberet inqui-
ri de ornatu: et pulchritudine virtu-
tis: et inquiritur: et attenditur de pul-
chritudine corporis: et corticis exte-
rioris. Deberent inquiri pauperes
humiles qui vitarent ex humilita-
te prelationes istas: et assumuntur
illi qui cum vanitate multa: et in-
flata superbia: et ambitione querunt
Attendunt etiam ad scientiam: que si
est in homine bone vite cum humi-

litate vera bona quidem est: et per-
fecta. Cum autem est in homine su-
perbo inhonesto: et vite scelerate qua-
si venenum est ei: neq̄ de scriptura
quicquam intelligit: nisi secundum
exteriozem corticem littere in tene-
bris eam intelligit: quia caret om-
nino lumine rationis: et offuscatum
habet oculum intellectus in quo lu-
mine rationis declarata fuit: et in-
tellecta cum lumine supernaturali
scriptura sacra prout aperit: ali-
bi tibi dicit. Itaq̄ scientia proculdubio
in se bona est: sed non in eo qui
ingiter abutitur ea: imo efficitur si-
bi velut ignis inferni: nisi vitam su-
am virtuose correrit. Et ideo po-
tius est attendendum ad hominem
sancte vite quam ad hominem sci-
entificum qui male vite fuerit fre-
quentissime tamen sit oppositum: im-
mo boni et virtuosi licet in scientia
sint ydote stulti reputantur: atque
contemnantur ab eis: pauperulos
quoque vitant: quis nihil habent
ad largiendum. Itaque vides q̄ in
domo mea que debet esse domus
orationis vbi relucere debet iusti-
tie sancte lumen: et scientie cum ho-
nesta sanctaq̄ vita cum odore vir-
tutis mendacium habundantissi-
me videtur. Debet et virtus pau-
peratis voluntarie lucere cum san-
cta sollicitudine circa curam ani-
marum: vt eruantur a potestate
demonum. Sed omnes quasi satta-
gunt: et appetunt aggregare diuiti-
as: et tantam diligentiam atque sol-
licitudinem erga temporalia sum-

Tertius.

perierunt: ut omnino spiritualia reliquisse videantur: nec ad alia communitate attendere videtur: nisi ad iudicandum: et ad risum: et ad multiplicandum huiusmodi substantias temporales: et velut inanes attendere non videntur: quod hic est modus ut illam amittant. Nam si virtutibus habundarent: et haberent ad spiritualia diligentiam: ut obligantur absque dubio temporalibus habundarent. Et multas rebelliones passa fuit ecclesia sancta quas indubitantissime non habuisset si spiritualia curasset. Ipsi debent dimittere mortuos tradere sepulchrum mortuos proprios: et virili virtute sequi doctrinam veritatis: videlicet Iesu Christi filii mei: ut in eis mea voluntas virtuose perficiatur: hoc est illud agendo propter quod eos elegi: et in tanta dignitate collocavi. Sed oppositum agunt quia moribunda et ista transitoria cum effectu nimis inordinato sepelire contendunt: et auferunt officium de manu secularium. Hoc autem mihi valde displicet: atque damnosum est ecclesie sancte: quia deberent illa gubernanda pretermittere secularibus: videlicet illis qui positi sunt ad huiusmodi regimen temporalium: ut unus mortuus congrue sepeliat alium. Et quod dixi quod unus mortuus alium sepeliat attende: quod duplici modo mortuum intelligo unus est: quando ministrat aliquis ista temporalia cum culpa peccati mortalis videlicet per inordinatum affectum at-

que sollicitudinem. Alius modus est quando est corporis officium quod non habet in se vitam: nisi quantum habet ab anima. Et tantum de vita participat quantum anima trahit in eo moram: et non ultra: et ideo per se res mortua potest appellari. Debeant igitur vincti: atque ministri mei qui velut angeli vivere debent: dimittere mortuis ista moribunda et terrena ipsi vero gubernare debent animas que semper vivunt: et nullo tempore moriuntur: quantum ad essentiam gubernantes eas ac eis ecclesiastica sacramenta ministrantes: et alia dona sancti spiritus eas alendo cibo spirituali verbi dei: et exemplo sancte vite: et isto modo mea domus erit locus orationis habundando iustitiis et virtutibus eorum. Et quia non ita faciunt: imo contrarium video per experientiam: ideo congrue dicere possum: quod est effecta spelunca latronum ex eo quod ex avaritia sunt effecti mercatores ementes: et vendentes: ut iam dixi. Et est effecta receptaculum animalium ex eo: quia vivunt ut animalia bruta cum inhonestate fetida. Et hoc enim ex illa fecerunt veluti stabulum: quoniam in luto miserabilis inhonestatis. Et ita tenent in ecclesia demoniacas concubinas eorum absque verecundia sicut sponsus honorifice sponsam in domo sua retinet. Itaque vides hec et alia multa mala que transco per presentem que procedunt: et oriuntur ab his duabus columnis abominabilis

Tractatus.

videlicet in mundiciam cupidita/
te et auaricia.

Quomodo superbia regnat in
predictis ministris per quam sen/
sus perditur. *Cap. cxxvii.*

Nunc filia amantissima de ter/
tia columna: videlicet de su/
perbia dicere volo: et quannis illam
ultimo loco ponam ipsa tamen est
prima pariter et ultima: quoniam
omnia vicia condita sunt et ortum
habent a superbia sicut virtutes vi/
tam habent et conduntur a carita/
te. Superbia namque nutritur: et ori/
tur ab amore proprio sensitiuo de
quo tibi dixi: quod erat fundamentum
istarum trium columnarum: et om/
nium malorum que creature com/
mittunt pro eo quod ille qui se diligit
amore sic inordinato priuatus est
amore mei: quia me non amat. Non
amando me iugiter offendit: quia
precepta legis aperte transgredi/
tur ex eo quia me non amat super
omnia neque proximum veluti seip/
sum. Et hec euidentiissima ratio est
quia qui semetipsum amat hoc amo/
re priuato atque sensitiuo mihi mihi
me seruit: neque me diligit: imo mun/
dum amat et ei seruit. Mundus enim
atque sensitiuus amor iste priuatus
a me valde discrepant: nec aliqua
habent conformitatem mecum. Et
quia tantum ab inuicem discorda/
mus ideo necessarium est quod ille qui
mundum amat hoc amore sensitiuo:
et ei seruit odio me habeat: et ille

qui me diligit necessarium est: ut
mundum habeat odio iuxta ver/
bum unigeniti filii mei dicentis in
euangelio quod nemo poterat seruire
duobus dominis aduersis: atque con/
trariis: quia si vni seruit alteri di/
splicebit. Itaque vides aperte: quod amor
iste priuatus sensitiuus atque propri/
us animam expoliat: et priuat om/
nino caritate mea: et induit eam vi/
tium elationis atque superbie: vnde
defectus omnis oritur ab hoc amo/
re velut a principali fundamento.
Et quannis ego merito conqueri
possim de quacunque creatura ra/
tionali que tali peccato polluta: et
inoluta fuerit valde tamen ampli/
us habeo displicentiam de chri/
stis: et vinctis meis qui magis hu/
miles esse debent: tum quia qui/
libet obligatur habere virtutes hu/
militatis que caritatem alit veluti
baila siue nutritum quia etiam
ministri facti sunt humilis agni dul/
cis: et immaculati unigeniti filii mei.
Et quomodo non erubescunt ipsi
pariter et omnis humana generatio
montem ascendere superbie confi/
derando me dominum eternum ho/
minibus inclinatum: et humiliatum
cum humano generi tribui verbum
unigenitum filium meum in car/
ne vestra mortali ut vos homines
ab eterna morte redimeret. Et ip/
sum verbum filium meum videt ex
obedientia mea pro salute vestra
cum humilitate profunda et inertis/
mabili caritate mortem crucis ob/
probriose subiisse. *Caput huius iustitiae*

Tertius.

ut te peccatorem affectuosa carita-
te salutet coronam in capite ut ab
eo possis onorari brachia tenet ap-
ta et extensa quia te cupit amplexa-
ri pedes habet affixos quia te vult
expectare tecum que morari. Et tu
miser homo qui factus es ab eo mi-
nister tante benignitatis et humili-
tatis deberes amplecti crucem et tu
renuis et amplexaris mundum et ini-
quas creaturas. Tu deberes esse fir-
mus et stabilis incarnate veritatis
imitando doctrinam figendo me-
tem atque cor tuum in eo et tu cir-
cū- uolueris vento et vna queque par-
ua res te comouere facit. Si tibi p-
speritas adest illico moueris ex in-
ordinata leticia si autem aduersitas
occurrit ex impatientia turbaris et
ita patefacis aperte superbie me-
dulam videlicet impatientiam: quia
sicut medula caritatis est vera pa-
cientia sic impatientia est medula
superbie unde superbi et iracundi
frequentissime turbantur atque scan-
dalizantur de quacunque parua re.
Superbia mihi displicet in tantum
quod etiam a celo ruit cum Angelo su-
perbie placuit. Superbia nunquam ascē-
dit in celum imo de celo descendit in
profundum inferni. Et ideo veritas
ait in euangelio. Qui se exaltat v-
t per superbiam humiliabitur et qui
se humiliat exaltabitur. Superbia
mihi displicet in omni manere gen-
tium sed valde magna in huiusmodi
di ministris ut iam dixi ex eo quia
sunt in humili loco a me collocati
ut agno mansueto et humili virtuo-

se ministrent sed ipsi faciunt oppo-
situm multum robore suffundi debe-
ret ille sacerdos vere miser volendo
superbire considerando me vobis
humiliatum et exhibendo vobis vni-
genitum filium meum. Ipse meus
vni-genitus humiliatus est usque ad
mortem crucis obprobriosam. Ipse
caput habet inclinatum atque spina-
tum et iste miser eleuat ita superbe
caput contra me pariter et proximum
suum. Et cum debeat esse agnus hu-
milis et ipse factus est arces vel hyr-
cus cum elate superbie cornibus et
omnes adherentes ei percutere sat-
tagit. O infelix homo tu non atten-
dis quod de manibus meis nullo mo-
do potes euadere. Nunquid hoc est
officium quod tibi commissi ut corni-
bus tante superbie me ledas et offen-
das et cum iniuria conuerseris cum
proximo tuo. Nunquid hec est illa
mansuetudo quam ad altare san-
ctum afferre debes offerendo mihi
sacrificium illud excellentissimum
videlicet corpus et sanguinem vni-
ti filii mei. Tu es effectus velut
animal ferocissimum ita quod nullum
timorem habes de me. Tu deuoras
proximum tuum et in diuisione per-
manes cum eo et factus es persona-
rum acceptor: videlicet illos acce-
ptando qui tibi seruiunt vel aliquam
utilitatem afferunt vel alia causa
tibi placent quia forte sunt eiusdem
uite reprobe sicut es tu quos corri-
gere deberes et eorum defectus con-
teuere. Tu vere facis oppositum
prebendo eis exemplum quod ipsi

Tractatus.

faciant illud quod facis tu siue de/
terius. Si tu bonus esses ita faceres
qz vero tu malus es arguere nescis
neq; defect⁹ alterius tibi displicet.
Tu contempnis humiles atq; paup/
culos virtuosos tu refugis eos eo qz
fetor vitij tui nō valet odorem su/
stinere virtutis. Tu reputas eē tibi
vituperium ad hostium tuum vide
re pauperulos meos tu vitas eos
in suis oportunitatibus visitare. vi
des eos periclitari fame nec exten/
dis ad eos manū adiutor⁹. Et hec
omnīa faciunt illa cornua superbie
tue que nolunt inclinari in actum
virtutis et hūilitatis alicui⁹. Qua/
re non inclinatur. Quia proprius
amor in eo regnat qui nutrit huius
modi superbiam: ideo nō vult in ali
quo condescendere siue ministrare
pauperibus aliquam substantiam
temporalem nec etiam spiritualem
absq; retributione siue redemptio/
ne. *O* maledicta superbia in amore
proprio fundata quō talium intel/
lectus oculos excecasti taliter qz dū
videtur eis amare semetipsos atq;
de se teneros esse et dum videtur eē
in diuitijs atq; delitijs et in alto sta/
tu consistere et ipsi sunt in magna pau
pertate atq; miseria qz priuati sunt
virtutis diuitijs. Ipsi descenderūt
ab altitudine gratie ad infirmita/
tem siue profundum mortalitatis pec
catorum. Judicant se bene videre:
ipsi vero cecī sunt quoniam igno/
rāt semetipsos et me neq; cognoscūt
statum suum neq; dignitatē in qua
collocauit eos: neq; mundi fragilita
tem intelligunt atq; modicam fir/
mitatem: quia si cognoscerent non

facerent sibi deum ex eo. Quis ab/
stulit eis huiusmodi lumen verum:
superbia. Et per hunc modum effe/
cti sunt incarnati demones cum ele
gerim eos in angelos: et vt in vita
presenti sint angeli terrestres et ipsi
se deiecerunt ab altitudine telorū
in profundum abissi et intantum
ē iniquitas per eos augmentata qz
aliquando committunt alium defe
ctum de quo tibi dicam. Sunt ali/
qui taliter effecti demoniaci qz all/
quando consecrare simulant. et hoc
in veritate non agunt iudicij me
um formidantes: et vt auferāt omne
frenum atq; timorem in malis ope
ribus cornu a corde suo. Nam ali/
quando in mane surgunt ab immu
ditia: et i sero cū crapula velut ebrū
dormitū serūt et erunt aliqua neces
sitate coacti celebrare vt populo sa
tisfaciant attendendo tamen in/
quitates proprias intelligunt aper
te cum bona conscientia se non pos
se neq; debere celebrare vnde mor/
dentur aliquantū a stimulo con/
scientie respectu timoris iudicij mei
non quidem ex odio vitij sed ex pro
prio amore. Vide nunc amantissi/
ma filia quantum excecati sunt: qz
deberent habere recursum ad cor/
dis deuotam contritionem et ad sui
defectus displicentiam cum sancto
 proposito corrigendi et ipsi diaboli/
cum hoc remedium assumunt quia
non consecrabunt et velut excecati
non aduertunt quia error iste po/
sterior grauior et periculosior est qz
ille primus ex eo quia faciunt ido/

Tertius.

Latrare p̄p̄ulū adorando non con-
secratam hostiam loco veri sacra-
menti corporis et sanguinis iesu chri-
sti filij mei qui est deus et homo post
hostie consecrationem: sed minime
consecrando solummodo est panis.
Igitur attende qualis et quanta sit
hec abhominatio et quanta sit pati-
entia mea sustinendo tales qui ni-
si se corruerint vniuersę gratie re-
dudabunt eis in iudiciū. Po-
pulus autem ad vitandum illud in-
conueniens debet adorare cum ista
conditiōe dicens in quantum iste
minister omnia que debet dixerit
atq; fecerit ego credo q̄ tu es iesus
christus filius dei vini mihi datus
in cibum ab inextimabili caritate
diuina in memoriā tue dulcissi-
me passionis et excellentissimi bene-
fici sanguinis effusi cum inextima-
bili caritatis igne ad abluendas ini-
quitates meas atq; totius vniuer-
si. Itaq; faciendo sic ex aliqua ceci-
tate cuiuscūq; nullus offendet ado-
rando vnam rem pro alia quāuis il-
la culpa peccati solum est illius ini-
qui ministri: tamen actualiter ibi
fieret quod est omnino prohibitū.
O carissima filia quis terram inhi-
bet ne repente deglutiat eos. Quis
meam refrenat potentiam: quā im-
mobiles eos illico faciat esse veluti
statuas lapideas ante populus vni-
uersum in confusionem ipsorum: ut
q̄ misericordia mea q̄ refreno meip̄s
hec est q̄ cum misericordia refreno
sustitiam ut eos vincam ex violen-
tia misericordie. Ipsi vero velut eb-
riati demones nō agnoscūt neq;

vident misericordiā meā: sed quasi
videntur existimare q̄ ex debito
sibi eis obligatus ad ea que gratia
se concedo ex eo q̄ a superbia sunt
excecati nec ita fore cognoscunt.

De quāpluribus alijs defectib⁹
qui procedunt a superbia et amore
proprio. Capitulum. cxxix.

Hec omnia tibi narraui ut affe-
ctione maiori inducaris ad
amarum gemitum super illorum
obscura cecitate dum in statu dam-
nationis voluntarie perseuerant et
ut amplius agnoscas inestimabi-
lem misericordiā meam ad hoc
ut in ipsa misericordia fiduciam as-
sumas atq; securitatem maximam:
et sic offeras ipsos ministros ac vni-
uersum orbem ante me postulan-
do pro eis a me misericordiā. Et
quanto seruentius offeres in cōspe-
ctu meo pro eis amorosa et penosa
desideria tanto demonstrabis aper-
tius amorem affectuosum quo me
diligis ex eo q̄ utilitatem illarū quā
tu et alij serui mei mihi facere non
valetis vestro proprio facere debetis
et hoc a vobis exigo. Et ego tūc vo-
luntarie me cōpelli p̄mittā a sancto
desiderio deuotis lachrimis: et ora-
tionibus vestris: et ita sponse mee
misericordiā exhibebo: et eam in
sanctis: et bonis pastoribus in veri-
tate reformabo. Quia tali modo re-
formata subito mali subditi corri-
gentur violenter: quia quasi de ma-
lis que perpetrantur a subditis ma-

Tractatus.

Si pastores in causa sunt: quia si cor-
rigerent iuste subditorum defectus
et in eis iustitie margarita reluce-
ret cum honesta sanctaque vita sub-
diti non ita procederent inordina-
te. Noueris ergo quod ex his peruersis
inordinatisque moribus illico sequi-
tur: quod vnus alterius vestigia secta-
tur. Subditi namque non obediunt
prelato: quia prelatus quando sub-
ditus erat inobediens erat et ipse pre-
lato suo: vnde congrue recipit a su-
is subditis quod ipse suo prelato fe-
cit. Et quia prauus erat subditus:
nunc etiam prauus est eius effectus
est pastor huius culpe et cuiuscunque
alterius est in causa superbia in amo-
re proprio fundata. Ignorans erat
atque superbus in statu subditi: nunc
vero prelatus existens valde plus
ignorans est atque superbus: et est igno-
rantia sua tanta: quod velut excecatus
ad officium sacerdotale quandoque
promoueri faciet hominem idiotam
quis vir legere nouit: et officium su-
um ignorat: vnde frequenter igno-
rando dicere verba sacramentalia
minime consecrabit ex ignorantia
sua. Et in hoc actu committit defectum
eundem in non consecrando quem
commiserunt ex malicia ceteri non con-
secrantes: sed consecrare simulantes.
Et ubi debent eligere viros exper-
tos: et in virtute fundatos: et qui in-
telligant: atque nouerint: illud quod
agunt in tanto ministerio: et ipsi fa-
ciunt oppositum: quia non attendit
vtrum ille sciat: neque si tempus a iu-
re dispositum habeat: imo studiose

videntur eligere pueros: et non ho-
mines etatis congrue: nec attendit
vtrum honeste viuant cum sancta:
et ordinata vita: et dignitate ad quam
promouentur intelligant: vel misse-
rium ab eis crequendum: et virtuo-
se contractandum: imo solum atten-
dunt ad multiplicandum gentes: et
non virtutes. Ipsi quippe ceci sunt
atque cecorum aggregatores: nec at-
tendunt: quod ex hoc et alijs inordina-
tis actibus eorum: ego rationem ab
eis exigam in extremitate mortis
eorum ex eo quod promouerunt ad
sacerdotium homines: ita tenebro-
sos: et ignorantes: ut est dictum: et ip-
si committunt eis curam animarum
cum aperte cognoscant: quod de seipsis
curam habere nesciant. Tales ergo
qui minime cognoscunt in se defe-
ctum proprium: quomodo poterunt
cognoscere sine corrigere defectum
alienum: Non poterunt villo modo
neque contra semetipsos agere deli-
berabunt. Oues vero que pastore
carent qui eius diligentia custodiat
eas: et in via salutari dirrigat agili-
ter a via deuiant: et ita sepe deuora-
tur: atque laceratur a lupis. Et quia
pastor est inutilis omnino negligit
aliquem habere canem qui latret vi-
dendo lupum venientem: imo tale
retinet qualis est ipse. Et ita mini-
stri et pastores huiusmodi quia soli-
tudine carent neque conscientie ca-
nem habent neque baculum iustitie
tenent in manu: ideo virga minime
corrigunt canis etiam conscientie
minime latrat semetipsos precipue

Tertius.

non arguunt eo quod oves errantes extra viam veritatis transgrediendo precepta mea per viam veritatis et iustitie reducere non accelerant ne lupus infernalis eas deuorare valeat. Si enim iste conscientie canis velatrat et iste prelatus defectus subditorum super se potest et virgam iustitie sancte correctionis in manu tenebit indubitanter oves ad ouile redibunt et erunt in loco tuto. Sed quia sicut iam dixi pastor est in utilis videlicet absque virga et absque cane conscientie oves eius percunt nec ipse curat. Canis enim conscientie debilitatus est: ideo minime latrat ex eo quod ei cibum non exhibuit. Cibum namque qui dari debet isti cani est agni filii mei sanguis. Quia quoniam memoria tanquam vas anime plena reperitur isto precioso sanguine conscientia nutritur atque fortificatur: hoc est quia propter istius preciosi sanguinis memoriam anima succenditur ad odium vitiorum. Quod odium una cum amore purificat animam a macula peccati mortalis. Et tantum vigorem exhibet illi conscientie quod se cum diligentia magna custodit intantum quod si quis inimicus anime vel peccatum vellet ingredi nec solum si effectus peccati: immo si sola cogitatio ingredi vellet subito conscientia veluti canis valde latrat cum tanto stimulo quod indilate rationem excitat. Et ipsa cum diligentia considerat utrum ille qui temptat intrare sit amicus vel inimicus. Et ideo non committit iniustitiam quoniam ille qui habet conscientiam ha-

bet etiam iustitiam. Igitur iniqui et les indigni vocantur ministri: nec etiam digni vocari creature rationales ex eo quod ex eorum defectibus propriis animalia sine ratione se fecerunt huiusmodi cane conscientie carere. Non tantum est in eis debilitatus quod quasi dici potest ipsos illo carere. Non habent virgam iustitie sancte: unde propter suos defectus intantum timidi sunt effecti quod erpauescunt ex umbra non ex timore sancto sed ex timore seruilis. Ipsi disponere se debent usque ad mortem ut animas eruerent a potestate demonum et ipsi subiugant eas ipsis demonibus non exhibendo doctrinam eis nec exemplum vite sancte quin etiam pro illarum salute renuntiant vni verbo iniuriosum audire. Sepe quoque contingit animas subditi circumuolutam esse grauissimis excessibus atque peccatis et alteri satisfacere tenebitur in quampluribus: et isti miseri propter inordinatum amorem quem habebunt ad illius familiam ne pauper efficiatur cum videntibus oculis pertransibunt nec ordinare curabunt ut pro tali debito prioris satisfaciatur licet illius debitoris: vitia mala multis innotescat: et ipsi sacerdoti suo notificabitur ut veluti medicus illius anime medeatur. Ipsi vero miser quasi coactus ibit ut agat ad quod obligatur. tamen ex vno verbo non ei grato vel iniurioso quod audiat vel etiam pro quodam intuitu toruo quasi territus veltra se recusabit impedire vel aliquando forte ex aliquo emolumento: vnde

Tractatus.

sum ex illo dono: tum ex timore seruili animas illius in manu diaboli derelinquet. Et nihilominus erubebit ei venerabile sacramentum corporis Iesu Christi filij mei et apte videbit et intelliget animam illam treritam peccatis mortalibus. Tamen ut hominibus mundi placeat: et ex inordinato timore: vel et intuitu precepti doni ministravit ei sacramenta et honorifice sepeliet et in ecclesia sancta quous velut asal insidum: atque putridum: et membrum a corpore percisum extra eorum indignatione proijcere debebat. Quid horum est in causa? In dubitanter amor proprius atque superbie cornua. Nam si me super omnia dilexisset: et animam illius infelicis: et fuisset humilis: et absque timore seruis proculdubio salutem illius anime procurasset. Ergo potes a parte videre quot et quanta mala sequuntur ab his tribus viciis de quibus tibi dixi quod erant quasi tres columnae et quod cetera vicia procedebant a superbia: videlicet auaricia: et immundicia mentis et corporis eorum. Turres tue non sufficerent audire quot sunt illa mala que procedunt ab ipsis velut a membris diaboli propter auaritiam superbiam et inhonestatem eorum. Tu enim aliquando vidisti simplices aliqua bone fidei que sentiant aliquem in sua persona defectum ex aliquo timore procedente: dubitantes autem se a demonio verari vadunt ad miserum sacerdotem existimantes ab eo posse liberari siue inuari. Et vadunt ut vnus diabolus expellat alium: ipse vero ve-

lut auarus acceptabit ab ea donum: et velut lasciuus: et inhonestus infelici muliercule dicit. Ab isto defectu nullo modo liberari poteris: nisi per talem modum: et ita miserabiliter inducet eam ad perdendum pudicitiam secum. O vere demonimo peior aliquo demone: quia multi sunt demones qui tale peccatum abhorrent. Tu vero deterior effectus ex iniquitate tua circumuolutus in illo corpus et animam veluti porcum in luto fetenti. O animal immunidum: nunquid hoc est quod a te requiro: videlicet quod in virtute sanguinis Iesu Christi de quo te ministrum instituiti demones expellas ab animabus atque corporibus hominum non certe tu illos introducis. Non attendis quod securus iustitie diuine iam ad radicem arboris vite tue posita sit? Hoc autem apertissime noueris: quoniam iniquitates tue tibi cum vltima compensabuntur suo loco: et tempore nisi punias: et corrigas eas cum penitentia congrua: et contritione debita tui cordis. Neque tibi parceretur: aut in modico deferretur licet si me fueris in gradu sacerdotali constitutus: imo grauius in maiori miseria congrue punieris quam alij penas enim pro te simul: et pro talibus iustissime portabis: et illo tempore memorie commendabis eijcere demonem cum demonio concupiscentie tue. Insuper et aliam infelicem vidisti ligatam in peccato mortali que vadens ad miserum sacerdotem: ut eam absolueret a suo peccato ab eo fortius est alligata in grauiori cul-

Tertius.

pa gerat: et per admirabiles vias induxit eam ad peccandum secum. Ergo vere talis pastor est absque carne conscientie: imo suffocat conscientiam aliorum: nec tantum non vult conseruare propriam. Ego namque elegi eos: ut ad honorem meum cantent diuinum officium: atque psalmizent in nocte ipsi vero student in malis: et ad demonum incantationes: et iuxta posse satragunt: ut operatione diabolica nocte media adducantur eis aliquae creature quas amore polluto diligunt. Ita namque iudicant esse: sed illuduntur a diabolo: quoniam in veritate non est ita. Nunquid ego te posui et elegi: o miser: ut noctis vigiliam expenderes in talibus iniquitatibus? Certe non sed ut eam expenderes in sancta vigilia: et humili oratione: ut in mane bene dispositus vadas ad celebrandum: et odorem virtutis infundas in vniuerso populo: et non fetorem vitiorum. Constitutus es enim in angelico statu: ut etiam in vita presentis cum sancta meditatione cum angelis valeas conuersari: et in ultimo cum eisdem in beatifica visione mea gustare me possis in eternum: et tu sicut apparet vis esse diabolus incarnatus ex quo cum demonibus esse delectaris antequam venias ad mortem. Sed cornua superbiae tuae percusserunt intus in oculo intellectus tui sanctissime fidei pupillam: unde lumen omnino perdidisti: et ideo non vides ad quantam miseriam devenisti. Nec ut apparet in veritate credis omnem culpam esse tempore

suo puniendam: et omne bonum esse remunerandum. Quia si vere crederes: hoc ita scelerate non viueres et non acceptares: nec optares huiusmodi conuersationem: imo magnum inde terrorem haberes etiam illos audire nominari. Sed quia tu sequeris voluntates ipsorum ideo de ipsis: et ipsorum operibus videtur quod valde delecteris. O ecce miser homo utinam a demonio peteres quod est meritum quod tibi reddere potest de seruitio quod ei facis: ipse proculdubio tibi responderet quod exhiberet fructum quem habet in se. Nam aliud tibi prebere nequeunt ipsi demones nisi cruciata: et ignifera tormenta quibus ingiter ardentissime cruciantur in que ceciderunt ab altitudine celi propter superbiam suam. Ita tu terrestris angelus ex tua superbia cadis ab altitudine sacerdotalis dignitatis: et a thesauro virtutis in profundum atque paupertatem abhominabilem de misericordia. Si vero vitam tuam emendare neglexeris igne punieris eterno absque remedio. Tu fecisti tibi deum de mundo atque de temetipso. Dic ergo mundo cum omnibus delictis eius quas in presenti vita recepisti similiter: et tunc sensualitati cum qua mundi rebus ab utebaris: ut ante me summum iudicem pro te rationes exhibeant. Utique ridebunt apte quod te iuuare nullo modo possit: et ita te deridebunt asserentes: quia pro te necessarium est: ut hoc expediat. Et ita cum vituperio remanebis: et ingentis confusionis: coram me pariter et vniuerso mundo. Ego te constitueram

Tractatus.

In sacerdotali dignitate ut ipsum uniuersum et te uel sensualitate pro-
pria uispendendo contempneres et
ita faciendo etiam alios instrueres.
tu uero sic es excecatus a conibus
tue superbie et ignoras non solum ali-
os per uiam dirigere salutarem im-
mo temetipsum. Sed apertius hoc
intelliges in ultima mortis extre-
mitate ubi remedium assumere non
ualebis in aliqua uirtute tua qua
cares sed solum in amplissima mise-
ricordia mea sperando fideliter in
illo peccioso sanguine de quo fuisti
minister effectus. Hoc autem effica-
cissimum atque salubre remedium nun-
quam aufertur tibi uel alteri cui-
cunq; dum estis in tempore uite pre-
sentis in quantum uolueritis in mi-
sericordia mea que est inextimabi-
lis: ac in sanguine pro uobis effuso
uirtuose sperare. Quamuis non debe-
tis esse stulti uel ita ceci et ad extre-
mitatem ultimi temporis adduca-
mini. Aduertendum est enim quod in
extremis uite qui male uixit a
demonibus ualde turpiter accusa-
tur necnon a mundo et a propria fra-
gilitate neque sibi blandiuntur illo
tempore demonstrando dulcedinem
ubi fuerat amaritudo neque re perfe-
ctam ubi fuerat imperfecta: neque lu-
men in loco tenebrarum ut in uita
sua facere solebant: imo ueritate de-
monstrabunt uel est in facto. Canis
quoque conscientie qui debilitatus
erat incipiet acerrime latrare tam
ualde quod quasi conduceret animam ad
quandam desperationem: quamuis
homo nunquam ex aliquo defectu

suo debet ad huiusmodi desperatio-
nem adduci: immo fiducialiter in
precioso sanguine dilectissimi filij
mei confidendo sperare debet: quia
sine comparatione quacumque maior
est et amplissima misericordia mea
quam in sanguine recipitis quam omnia
peccata que committuntur in mun-
do. non est tamen ullo modo differ-
endum ut sum dixi quia ualde multum
est homini periculosum inter mul-
tos hostes in campo prelijsse reperi-
re nudum et inermem.

De multis alijs defectibus quos
iniqui prefati ministri committunt.
Capitulum. cxxxi.

Uere carissima filia miseri de
quibus ego tibi narraui non
attendunt ad hec aliqua considera-
tione: quod si considerarent non comit-
terent iniquitates huiusmodi nec
etiam alas: imo facerent ut illi qui uir-
tuose uiuebant qui potius eligerent
expectare mortem quam offendere me
uel inquinare turpiter anime sue fa-
cie atque minuire dignitates in qua
collocaueram eos sed iugiter aug-
mentabunt uirtuose uiuendo dignita-
te atque pulchritudine a iaru suam.
Non quod in se considerata sacerdotij di-
gnitas augmētari siue creari possit
ex uirtute cuiuscumque uel ex defectu
diminui ut ego supra tibi dixi sed uir-
tutes exhibet unum ornatum et unum
in aia dignitate ultra pulchritudi-
nem eius quam habet a principio cum ipsam
ad imaginem atque similitudinem meam
creauit. Isti cognouerunt ueritatem et er-

ne mee bonitatis atq; dignitate eo
 ra: q; supbia z amor proprius non
 eos offuscauerat nec abstulerat eis
 lumē virtuosē rōnis ex eo q; priua
 bantur illis z me diligebant verita
 tē pariter z animarū salutē. Infeli
 ces sūt isti q; luce priuati sunt nōpti
 mesunt de vitio in vitium ambula
 re donec in foucā inducant atq; de
 tēplo suarū aīarū z ecclesia sancta
 q; viridariū ē odoriferū ipsi fecerūt
 vni animalium brutoz receptaculū.
 O carissima filia quātū ē abhomi
 nabile mihi videre domos eoz que
 debēt eē receptacula pauperū atq;
 meoz amīcorū cū ipsi recipiunt in
 eis imunditias iniquarū psonarū
 ipsi debent veluti sponsam amabilem
 hēre breuiariū atq; sacre scripture
 libros hēre loco filiorū in quib; opi
 do delectari debēt vt valeāt primū
 instruere salutari doctrina cū exēplo
 scē vite. Sed ipsi sponsam breuiarij
 pertractāt veluti adulterā z in suo
 loco tenēt vnā diabolicā cōcubinā
 cū qua viuūt imūdiissime cū fetenti
 miseria: libri vero sui sunt acies fi
 liorū quos acquisierunt in tāta mi
 seria z iniquitate z absq; verecūdia
 quacūq; cū his ipudētissime dele
 ctantur. Diebus pascalib; z in alijs
 ecclesie solēnitatibus in quib; obli
 gant nomini meo reddere gloriā z
 honore deuote officij vniuersum per
 soluendo incensum adoleudo mihi
 humilitū orationum ipsi dissolute in
 dunt atq; solaciuntur cū suis demo
 niacis cōcubinīs enndo cū seculari
 bus ad venandū z aucupandū ve
 lut essent dissoluti atq; miserissimi se

culares vel domini curie. O misere
 rabiles homines ad quid estis ad
 ducti: vos obligamini venari z au
 cupari aīas ad laudem z gloriā no
 minis mei z in viridario ecclesie san
 cte commorari z vaditis venādo p
 nemoza. Sed quia talis homo fa
 ctus est vna bestia in anima sua re
 tinet animalia multorum peccato
 rum mortalium: z ideo factus ē ve
 nator bestiarū irrōnabilitū. O rtus
 enim anime tue factus ē siluester in
 quo multe vepres habundant ideo
 delectaris ambulare per loca deser
 ta querendo siluestres bestias. Eru
 bescas igitur homo z cū diligentia
 defectus proprios attēde q; in ate
 riā habes erubescencie magne qua
 litercūq; te verteris. Tu vero ne
 scis erubescere q; pdidisti sanctum
 verumq; timorem meū: imo veluti
 meretrix absq; verecūdia quādoq;
 te tactabis hēre mūdi statū pulcrā
 hēre familiā z acie filiorū. Et si for
 te nō hēs iuxta posse satagis habe
 re vt tibi succedāt heredes: vnde tu
 fur es atq; latro qm optime nosti q;
 ita facere nō debes. Heredes enim
 tui debēt eē paupes: z ecclesia tibi
 cōmissa. O demō incarnate sine lu
 mine tu quis ea q; reculare debuisti
 z te tactas v; eo qd tibi cedit ad ma
 gnā cōfusionē: vñ multo rubore de
 buisti suffundi pēpne corā me qui
 video secretissima tui cordis: ac eti
 am ante alias creaturas oīno cōfu
 sus es. Cornua tamen tue superbie
 nō permittūt vt agnoscas ipsam cō
 fusionē tuā. O dilectissima filia cō
 sidera qm illū constitui super pōte

Tractatus.

doctrinæ mee veritatis administrā
dum vobis viatoribus ecclesie sa/
cramenta veneranda: ipse vero de/
creuit stare infra sub pōte v3 in flu/
mine miserabili atq; procelloso de/
litiarum et lascivie mundi: et in ipso
flumine vobis illa ministrat neq; cō/
siderat in quanto periculo constat
vnda nāq; mortis indilate rapiet
eum: et nisi se correxerit cum hā cor/
dis contritione indubitāter ibit cū
dominis eius demonibus quibus
voluntarie servit et acquisit ut
cum ducerent per vias fluminis in
feriorem: quare sine remedio perue/
niet ad eternam damnationem cū
tanta reprehensione et improperio: qd
līngua tua narrare nequiret: et ei si
ne dubio gravius erit qd vni secula/
ri propter officium sacerdotis vn/
de culpa similis et eadem amplius
in eo punietur et in alijs in tanta vi/
gnitate constitutis qd in alio qui se/
culariter in mundo vixisset: et in pū/
cto mortis inimici sui contra eū in/
surgent accusando cum imprope/
rio maiori put alias ego tibi dixi.

De differentia mortis iustorum
et peccatorum et primo de morte iu/
storum. Capitulum. cxxxi.

Quonia ego dixi tibi qd mū/
dus atq; demones vna cū pro/
pria sensualitate ipsum valde turpi/
ter accusabant et ita se veritas ha/
bet in isto puncto nunc volo tibi la/
tus explicare inper his infelicibus
ut ampliori compassione mouearis
ad eos quantum distant bella iusto

rum a bellis hominum peccatorum
et quantum differunt iter se mores
eorum et cum quanta pace moritur
iustus amplius vel minus iuxta p/
fectionem anime: vnde volo te no/
sce qd omnes pene quas habent ho/
mines in voluntate consistunt: qd si
voluntas esset ordinata et cum vo/
luntate mea concordans esset omnino
pena careret. Non tamen assero qn
in se labores haberet atq; sentiret:
s; illi voluntati que sponte portaret
amore mei non essent ad penam qd
libentissime portat ex quo mee vo/
luntatis est cum qua concordat. Et si
am ex odio quod contra se concipit
guerram isti serui mei fecerunt cuius
adversario demone cum mundo et
cuius propria sensualitate. Quare pū/
cto mortis adueniente cū pace per/
transeunt quonia inimici eorum in vi/
ta superati fuerunt ab eis atq; debel/
lati. Mundus eos accusare non pōt
ex eo qd ipsi fraudes eius cognove/
runt: et iō mūdo renūciaverunt et oib;
pōpis atq; delictis ei⁹. Fragilitas
sudorū corporū eos accusare non pōt
qm ipsi subiugaverunt eā veluti ser/
vā sub freno rōnis et virtutis mace/
rādo corpus cū penitētia: cū vigilia
cū oratione continua et humili. Vo/
luntatē vero sensitivam intereme/
runt cū odio atq; displicentia vitio/
rū et amore virtutū cōculcata peni/
tus omni teneritudine proprii cor/
poris. que teneritudo atq; delecta/
tio que naturale ē iter corpus et ani/
mā facit mortē apparere difficilem
qd naturaliter hō metuit ita mortē:
sed quia virtus in iusto qui perse/

etus est transcendit et superat natu-
 ram v3 illū timorē qui naturalis ē
 cū odio scō suo pertrāsit et cū deside-
 rio redeundi ad finē suū itaq; tene-
 ritudo naturalis nō valet eum ipu-
 gnare. Etia cōscietia requiescit qm̄
 in vita sua bene custodit cane la-
 trante venētibus inimicis ad ciui-
 tatē anime capiēdā vti canis agere
 solet ad custodiā alicuius ianne de-
 putatus qui sentiendo vel videndo
 venire quosdam extraneos valde la-
 trat vt homines excitet. Ita castis
 iste conscientie custodem v3 rōnem
 exercitat: et ratio simul cum arbitrio
 libero cognouerūt apte cū lumine
 intellectus vtrum adueniens esset
 amicus vel inimicus. Amicus idest
 virtutes et sanctas cogitationes ac-
 ceptauerunt affectuose cum sancta
 sollicitudine illas exercentes. In-
 micum autem idest vitia atq; cogi-
 tationes peruersas expulerūt cum
 odiosa displicētia. Itaq; cū manu li-
 beri arbitriū tenētes gladiū ancipi-
 tem videlicet amoris virtutū et odij
 vitiorum et cum lumine ratiōis ini-
 micos eorū expugnauerunt: et sic in
 puncto mortis conscientia nō h3 in
 se remorsum eo qd bonā habuit vn-
 diq; custodiā: ideo pacifice quie-
 nit. Anima tamen ex humilitate ac-
 etiā qd tpe mortis amplius agnoscit
 thesaurū tēporis atq; lapides p̄cio-
 sos virtutū valde redarguit semet-
 ipsam ex eo qd sibi non videtur ex-
 pēdise tempus virtuose sicut oport-
 tebat. Ista tamē amaritudo non af-
 fligit animā: imo pinguefacit eam
 pro eo qd ex hoc in semetipsa se vir-

tuose recolligit iugiter habens in
 obiectum humilis agni sanguinem
 preciosum et non attendit ad aliqs
 virtutes quas hactenus egerit qz
 minime confidit in eis: immo solus
 in ipso sanguine dilectissimi filij mei
 vbi misericordiam inestimabile in-
 uenit. Et vt in vita presenti cum in-
 gi memoria sanguinis virit ita vnq;
 est in tempore mortis ipso sanguine
 balneatur et inebriatur. Demonia
 vero quoniam illā arguere neque-
 unt de peccato eo qd in vita sua ma-
 litiā eorum valde prudēter et vir-
 tuose superauit. iuxta posse tamen
 adhuc inquirūt oportune si possent
 in ea aliquid lucrari: vnde veniant
 cū aspectu nimis horribili vt ei ter-
 rorem incutiant et cum varijs atq;
 multis fantasijs. Sed quoniam in
 anima talis non inueniunt esse vene-
 num peccati ipsa nō expanseit in
 omnibus illis vt expanseeret ani-
 ma cuiusdam alterius iniqui pecca-
 tis mortalibus irretita. Ipsi vero
est abissus. Ornamentum huiusmo-
di ciuitatis est humana pietas: atque
elementissima misericordia: quoni-
am expulsus est ab ea tyrannus ille
diuitiarum qui crudelitatem habe-
bat. Ibi est omnium ciuium urbana
beniuolentia: ut amor omnium pro-
ximorum. Ibi longa perseverantia
cum prudentia: unde ciuitas non in-
prudenter: imo prudentia vigili-
custodia gubernatur propter que vi-

det aperte: quod anima que sumit hu-
iusmodi reginam in sponsam omni-
bus diuitijs dominatur. Neque po-
test esse istarum domina: nisi domi-
netur etiam diuitijs eternis: vide ta-
men ne mors: ut appetitus diuitia-
rum subintraret animam illam tunc
enim ab illo bono separata foret: et
extra ciuitatem ipso facto se reper-
ret in summa miseria. Si vero est ista
sponse fidelis ubique semper ei donat
huiusmodi suas diuitias. Quis au-
tem videt tantam excellentiam: vi-
det anima que fidei lumen habet: et
ista sponsa: sponsum suum id est ho-
minem: et cepit indutum mirabili pi-
ritate: diuitias vanas auferendo si-
bi que faciebant ipsum immundum
et priuat cum conuersationibus ma-
lis: et exhibet ei bonas priuat cum in-
bertia negligentie: atque mundi sol-
licitudinem eiecit a se: priuat eum
amaritudine diuitiarum vite pre-
sentis: et cum dulcedine remanet. Spi-
ne praevidentur rosa vero conserua-
tur in pulchritudine sua. Animo sto-
machus euacuat a corruptis humo-
ribus amoris inordinati: et facit ip-
sum exoneratum atque leuem quo pri-
us euacuato postea cibo virtutum
implet que suauitatem incestimabi-
lem exhibent. Et duos ordinat ha-
bere seruitores qui bene disponant
habitationem eius: ut odium: et amo-
rem. Quod diuinitas vitiorum: atque
proprie sensualitatis purgat animam
ab omni sordide: sed amor virtutum
ornat eam: et priuat ipsam omni dis-
bitatione: atque timore seruili ei secu-
ritatem exhibendo cum timore san-

Quintus.

eto. Et in effectu virtutis omnes: at que gratias complacentias: et solaciosas delectationes: inuenit anima que reginam istam egregie paupertatis assūmit in sponsam. Nullo modo metuit habere molestiam. Eo quod nullus est qui faciat ei bellum. Nō timet etiam habere famem siue penuriam: quia fides vidit: et sperauit in me creatore suo: vnde procedunt omnes opes cum diligentissima prouidentia iugiter eos alo: et vbi que nutrio. Nunquid vnquam audisti vel vidisti: quod aliquis verus seruus meus: et huiusmodi sponsus paupertatis alicubi fame periret: Non: cū tamen inuenti sint plurimi qui perierint in suis multis diuitijs non in me confidentes: et ideo perierunt. In istis vero pauperculis meis ego nunquam deficio: quoniam ipsi nūquam in me sperare deficiunt. Et idō veluti pater pius atque benignus eis indefesse prouideo. O cum quāto gaudio: et animi libertate venerunt ad me: quia nonerunt cum lumine fidei quod a principio: vsque ad vltimum diem vite presentis vsus sui vtor et vtar in futurum in omnibus prouidentia mea spiritualiter et temporaliter. Tamen aliquando permitto quod ipsi plura tollerent: vt alias tibi dixi: quia volo quod in fide crescant et in spe de suis laboribus plenissime remunerandi. Nunquam tamen eis in sua necessitate deficio in totum experti sunt abissum prouidentie mee ibiq; lac diuine dulcedinis degustāt: ideo minime timēt amaritudinem corpore mortis: i-

mo cum anxio desiderio currunt ad eam veluti iam proprie sensualitatis mortui: et etiam quo ad istas vanas diuitias: et tanquam philocapti spōsum vere paupertatis fuerunt seruententer amplerantes. In voluntate mea quotidiē viuentes ad omnia parati sustinere calores: et frigora nuditatem famem: atque sitim derisiones: et contumelias: imo etiam mortem cum anxio desiderio vendi vitam amore mei qui sum eorum vita: et sanguine amore sanguinis. Attende pauperes apostolos: et alios martires gloriosos Petrum Paulum Stefanum: atque Laurentium qui non apparebat esse supra ignem: sed super floribus odoriferis: et iocundis: et quasi cum tyranno ludendo dicebat Masi vnā partem verte allam: et manduca. Cum igitur ingētū diuine caritatis igne paruum extinguebat anime sue sensus. Lapidēs vero Stephano videbantur esse rose. Quis erat in causa: Verus amor cum quo sumpserant istam reginam vere paupertatis in sponsam cum vniuersum orbem amore mei reliquissent. Ipsam ergo dispensauerunt cum lumine sanctissime fidei cum firma spe ac obedientia prompta realiter obediētes consilijs: atque preceptis Unigeniti filij mei mentaliter: atque actualiter. Mortem optabant: et vitam habebant cum displicentia: et impatientia: non vt laborem effugerent: immo solum: vt mihi: qui sum finis: videtur vincerentur. Et quare non timebant

Tractatus.

mortem quaz omnis homo natura
liter metuit: Quia sponsa vere pau
pertatis affecurabat eos auferēdo
eis totaliter amorem proprii corpo
ris: et omnium diuitiarum orbis. An
de cum virtute conculeauerunt: at
que debellauerunt amores natura
lem habito lumine: et amore diuino
supernaturali. Et quomodo poterit
homo qui est in tali statu volere de
morte sua corpora q̄ desiderat am
mittere vitam: imo cum amara pe
na tollerat eam: ita prostrā: aut quo
modo in aliquo volere poterit amit
tendo seculi diuitias quas affectuo
sissime iam diu euz tanto desiderio
contempnit: hoc absq̄ dubio non est
valde magnum. Nam ille qui non
amat non dolet: imo delectatur am
mittendo rem quam odit: itaq̄ vn
decunq̄ te verteris in eis inuenies
optabilem pacem: et eos habere re
quiem: et omne bonum. In illis ve
ro miseris qui possident huiusmodi
seculi diuitias amore tam inordina
to inuenies penas intollerabiles: et
omne malum quamuis in exteriori
aspectu videatur esse contrarium:
sed in rei veritate sic est. Quis enī
non indicasset q̄ lazarus extitisset
in sūma miseria: et ille diues damna
tus in iocundo gaudio: et in magna
quiete fuisset. Et tamen ita nō erat
quia penam ampliozem habebat
ille diues cū habundantia sua t̄pali
q̄ ille pauperulus lazarus a lepra
cruciatus: ex eo q̄ in lazaro mortua
erat voluntas propria: et in me viue
bat qui sibi dabam in pena refrige
rium: atq̄ consolationem: in diuite

vero sua voluntas viuebat: vnde p
cedebat omnis pena. Cum ergo la
zarus expelleretur ab hominibus:
et presertim ab illo diuite damnato
nec haberet extergentem vulnera
sua: vel in aliquo sibi providentem:
ego providebam: q̄ animal irratio
nale lingeret eius vlcera. Et in vlti
mo vite ipsorum videtis cum lumi
ne fidei lazarus in gloria: et illum
diuitem in inferno cruciari: Itaq̄
diuites in tristitia multa permanēt
pauperuli vero mei stant ī sancto
gaudio. Ego quidem eos iuxta pe
ctus meus habeo et conserno lac eis
exhibendo multarum consolationū
qm̄ amore mei dereliquerunt om
nia totaliter: ideo me totum habent
ad possidendū: Spiritus sanctus ita
loquendo se nutricem facit gubernā
do corpus et animam ipsorum in quo
cunq̄ statu fuerint. Etiaz ab anima
libus brutis: ego provideři facio di
uersimode s̄m indigentiam eorum:
pro solitarijs egrotis ordino quan
doq̄ q̄ alius in heremo solitari⁹ va
dat ad eos visitandos: atq̄ guber
nandos. Tu quodq̄ nosti q̄ plures
ego te coegi contra consuetudinem
tuam egredi cellam: vt in necessita
te subuenires pauperulis egrotan
tibus: hoc idem in te manifeste pro
basti de providentia mea. Dum enī
a creatura in tua necessitate subfid
ium non haberes. Ego creator illico
providi mirabili modo: Igitur ego
nunq̄ in me vere spantibus in ali
quo deficio: s̄ gratiose provideo. Et
vnde p̄cedit: q̄ homo quibq̄ stans in
delicijs cū panis multis: et ī magna

Quintus.

Cura proprii corporis habendo quoti-
die cibaria delicata continue tū erit
infirmis granatus. **I**destq; au: ē
amore mei se contempsit et amplexa-
tus est voluntariam paupertatem
unico vestimento sibi reservato ad
cogoperiendam corporis nuditate
ipse idem efficitur etiam corpore for-
tis: atq; sanus: et nō videbitur qd ali-
quid ei noceat: neq; comprehendet
qd illi corpori suo detrimentum ali-
quod inferant frigora siue calores:
vel alia cibaria gressa. Totum hoc
a providentia mea pcedit: qd de illo
curā habere cepi qui mihi de se tota-
liter curā cōmisit oīo derelinquen-
do semetipm. Ergo dilectissima filia
vides apte iquāta requie p̄sistat hī
p̄amabiles pauperuli mei.

Repetitio sumaria de p̄dicta p-
videntia diuina. **Capit. clj.**

Mirraui tibi filia mea carissi-
ma nūc aliquā particulam
de providentia mea in omni mane-
rie gentiū ostendēdo qd a principio
quo mundū primū ego creavi: et po-
stea secundum v̄s hoīem ipsum ad
imaginem meam: et similitudinem
creando: vsq; ad vltimū finem: ego
suus vsus ista providentia mea: et oīa
que feci facio: et faciam accedunt: at
que proficiunt ad salutem vestram
qd volo sanctificationem vestram et
oīa que tribuo vobis ad istū finem
exhibeo: hoc iniqui non vident: qd
sibi met ipsis lumen abstulerunt. Et
tam tibi dixi: qd qd non agnoscunt ī
me scandalizantur. Tamen ego ec̄s

patienter tollero expectans eos: vs-
que ad vltimū procurando: et pro-
uidendo necessitatibus eorum qui
sunt peccatores velut: et iustis in tē-
poralibus: et spiritualibus. **I**tem ali-
qua tetigi pauca de diuitiarum im-
perfectione: et ad quam miserā illuz
adducunt qui possidet eas affectu ī-
ordinato. Et tibi dixi de pauperta-
tis excellentia: et de diuitiarū habū-
dātia quā ipsa paupertas aīe tribuit
cā in sponsam eligenti: ipsa quidem
sociata est eius orore vilitate de qua
vilitate v̄na cum obedientia tibi vi-
cam aliqua. **I**tem ostendi tibi quan-
tum mihi virtus illa placet: et quo-
modo sibi provideo paterna provi-
dentia mea. Totum hoc tibi narra-
ti pro cōmendatiōe tante virtutis
atq; sanctissime fidei cum qua per-
uenit anima ad hunc excellentissi-
mum statum: et vt in fidei spe faci-
as augmentum: et vt pulsare non
desinas ad misericordie mee sanuā.
Crede fideliter v̄na fide: qd deside-
rium tuum: et aliorum seruorum: et
amicorum meorum adimplebo eius
tollerantia multorum laboruz: vsq;
ad mortem. Tu vero confortare v̄-
risiter: et exulta ī me: qd sum ī oībus
defensor atq; solator tuus. Nūc ergo
tibi loquēdo satisfeci sup p̄uidētia
de qua me rogasti dicēdo: qd ego ne-
cessitati mearum creaturarum be-
nigne provideo et apte nonisti qd
ego mīme cōtēno scā desideria v̄na.
Qualiter hec aīa post gratiaruz
actiones dñm humiliter exorat: vt
ei loquat aliqua de obedientie vir-
tute. **Capit. clxij.**

Tractatus

Hec aia deuota tūc velut ebria
Admirabili mō phyllocapta de
vera sanctaq; paupertate dilatata
in summa z eterna magnitudine at
q; transformata in abissum ineffa/
bilis atq; excellentissime prouiden/
tie taliter q; existens in vase corpis
extra corpus ei videbatur eē ppter
obnubrationē atq; rapinam quas in
ea fecerat ignis eterne charitatis
oculum intellectus infirmum hēbat
in diuina maiestate vicehō sum/
mo z eterno patri. *O* pater eterne:
O ignis abisse vere caritatis: *O* eter/
na pulchritudo: *O* eterna sapientia:
O bonitas eterna: *O* eterna clemētia
O spes atq; refugiū peccatorum: *O*
largitas inestimabilis: *O* bonum in/
finitum z eternum. *O* fatue ppter
excessiū amorē nunquid indiges
aliqua creatura tua: mihi videtur
q; egreas eo qd facis quē admodū si
vivere non valeres absq; illa cum
tu sis vita ex qua viuunt oīa: z sine
qua nihil oīno viuere potest: pro/
pter quid igitur es taliter insatua/
tus in creatura tua. Quare ve ipa
fuisi phyllocaptus z ia temetipso tū
bi cōplacuisi z ita delectatus fuisi
de illa: z velut ebrius z auīdus val
de suam salutem optas z admirabi
li modo queris: ipsa vero fugit. Tu
sibi propinquas z ipsa semetipsum
elongat. Propinquius enim veni/
re non poteras q̄ induendo verbū
suum humanitate nostra. Quid vl
tra dicam: faciam veluti balbuti/
ens z dicam. a. a. a. quia nescio quid
vltra loqui possim ex eo q; lingua
finita nō valet exprimere qd aia

sentit z cognoscit nec affectus eius
infinite desiderantis te bonum infi
nitum mihi congrue videtur s̄bnz
apostoli pauli dicere posse videli/
cet oculus non vidit nec auris au/
diuit nec in cor hominis ascende/
runt que vidi z que preparauit de/
us diligentibus se. Sed que vidisti
Vidi archana dei que non licet ho
mini loqui. Et quid dicis Procul/
dubio non attingo cum his grossis
atq; carnalibus sensibus: sed tamen
dico q; vidisti atq; gustasti anima
mea summe ac eterne prouidentie
stupendum abissum. Nunc ergo tū
bi gratias ago summo z eterno pa/
tri super imensa bonitate tua mihi
miserabili demonstrata que quacū
q; gratia sum indigna: Sed q; noui
q; acceptas libenter z impleas anxia
z sancta desideria neq; veritas tua
mentiri pōt opto q; aliqua mihi pā
das de virtute obedientie atq; de
ipsius excel'entia veluti tu mihi
pater eterne promissisti vt ipsi amo
re iugiter inardescam z nunquā ab
obedientia tua discedam. Placet
ergo maiestati tue mihi de sua per/
fectione narrare ac vbi posim illas
inuenire. Et quid est illud quod pos
sit eam a me auferre z ecōuerso qd
est illud quod mihi prebeat illam.
Et quod est apertum signū mihi de
monstratiū vt illā habeā vel nō.

Hic incipit tractatus obedien/
tie z primo vbi obedientia reperit/
tur: z quid est qd a nobis aufert eā:
z quod est signum q; homo habeat
illam. Capitulum. ciiij.

Sextus.

Tunc eternus pater atque benignus pater oculus sue clementie vertit ad eam dicens. dulcis atque carissima filia sancta desideria et iuste petitiones exaudi mihi merentur. Et ideo ego summa veritas mea promissa tibi facta completo satisfaciendo desiderio tuo. Tu petis a me quod dicam ubi possis obedientiam inuenire et ob quam causam tu potes eam amittere et quod est apertum signum quod illam habeas vel non. Primo respondeo tibi quod illam inuenies valde perfecto modo in dulci et amatorio verbo unigenito filio meo et in ipso fuit ista virtus ita propria quod ut illam opere perficeret velocissime cucurrit ad mortem opprobriose crucis. Si vis videre quid aufert illam attende primus hominem Adam et videbis aperte causam propter quam amisit obedientiam quam ego pater eternus imposueram ei: que proculdubia superbia fuit et egressus habuit et ortum ab amore proprio et a complacentia societate sue. Ista causa fuit propter obedientiam quam amisit et inobedientiam quam incurrit unde perdidit vitam gratie et mortem inuenit ammisit innocentiam et illico cecidit inmunditiam atque miseriam nec ipse solummodo imo et uniuersum genus hominum ut aliquando tibi dixi. Si signum vero demonstratiuum vestrum hanc virtutem habeas: est vera patientia et econuerso tibi demonstrat impatientiam quod ipsa virtute carere vade narrando tibi de predicta vir

tute cognosces sic aperte esse. Sed aduerte quod duplex est obedientia: una quippe bona sed alia perfecta non tamen sunt adinuicem separate sed vnite sicut ego dixi de preceptis atque consiliis quod vnum videlicet est bonum et aliud perfectum. Nullus omnino potest in vitam eternam ingredi nisi in obedientia medietate. Nam cum obedientie clavis fuit aperta paradisi ianua sicut per inobedientiam Adae clausa fuerat. Ego non confidens homines quez ita diligebam esse sine priuatum ad quem cum in tanta dignitate creaueram et quod ad me redire per se nullo modo poterat inductus atque coactus ab inestimabili bonitate mea clauem obedientie sancte recepi et in manibus unigeniti filii mei posui et consignauit et ipse velut portanarius fidelissimus et egregius ianuam celorum aperuit: unde nullus omnino potest ianuam ipsam ingredi nisi solus ille qui portanarius iste cum tali clauem voluerit aperire: quia patet in euangelio dixit quod nemo poterat ad me venire nisi per eum. Ipse vero vobis reliquit huiusmodi clauem dulcem obedientie quando rediens ad me cum palma victorie celos ascendit hominum deserendo conuersationem. Et ille tunc ipsam clauem vicario suo comedauit videlicet pape qui congrue dici potest Christus in terra cui omnes estis obligati usque ad mortem obedire. Siquis autem ab obedientia sua se fecerit alienum indubitanter est in statu damnationis nisi se correxerit ante mortem prout alias ego tibi dixi. Nunc

Tractatus

volo q tu videas & agnoscas hanc virtutem excellentissima in humili & immaculato agno & vnde procedit in eum. Si petis a me vnde processerit obia ta pcepta in hoc verbo filio meo penidubio noneris q ab amore que habuit ad honore meum & ad salute vestra egressa fuit. sed amor ille suus vn processit. A lumine clare visionis cum qua videbat apte aia sua diuinam centia atq; trinitatem eterna. Itaq; quotidie me deum eter num videbat. Ista quide visio perfectissime operabatur in eo fidelitate illa qua imperfecte sanctissime fi dei lumine opatur in vobis. Io mihi patri suo eterno fidelissimus extitit vnde eucurrit cum lumine glorio so veluti philocaptus per via obedi entie. Amor vero non est solus: imo sociatus est ab omnibus virtutibus realibus. ceter enim virtutes vitam hauriunt ab amore vere caritatis qd virtutes aliter essent in eo & aliter in vobis. Inter alias amor ipse het virtute inuicte patientie que medullata est eius & est signum aperte demonstratiuum vtru aia sit in gratia & si diligit in veritate vel no. Et io mater virtutum. i. caritas assignauit eam in sororem virtuti obie & eas inuicem ita conulauit & vnific q vna nunc amittitur sine reliq; vel ambas habetis vel ambas amissistis. Ista virtus het virtute humilitatis in nutricea qua quotidie nutrit: vn tantu est aliquis obediens quantum est humilis: & tantu est humilis quantum obediens. Nec humilitas est nutritrix & baiula caritatis: & ideo lac

eiusdem virtuose sonet atq; nutrit virtute obediencie. Vestis vero qua habet ab ista nutrice sua est vilipensio sui que fit semetipsam opprobriis induendo displicendo sibi vt amplius mihi placere valeat. Et hoc in quo sine vbi clarus inuenitur. In ipso dulci iesu filio meo. Quis enim amplius semetipsum vilipendit atq; contempsit q ipse saturatus est opprobriis derisionibus atq; contumeliis displicent et vita sua corporea vt mihi placeret. Quis enim amplius illo patiens extitit. Na ex ore suo nunquam auditus fuit clamor ex aliquo murmuracione: sed valde patienter ampleratus iniurias veluti philocaptus obedientiam impositam ei p me eius patrem eternus impleuit. Igitur in eo perfecte reperies eas. Ipse vobis huiusmodi regulam atq; doctrinam dimisit qua in se primo seruant. ipsa vobis vitam exhibet qua est via directa. ipse vobis est vita: & ideo vobis aperte dixit in euangelio q erat via veritas & vita: & q per eam ambulabat erat in luce: & qui vadit in luce non offendit nec offenditur quin aduertat quoniam abstulit a se tenebras amoris proprii vnde precipitabatur ad inobedientiam quia sicut iam dixi confortia vnde procedit obedientia est indubitanter humilitas. Ita dico tibi q a superbia procedit inobedientia que procedit ab amore proprio sui. Soror que consignatur ab amore proprio inobedientie certitudinaliter est impatientia. Superbia vero nutrit eam & cum tenebris in

Se xtu s

fidelitatis velocissime currit per viam tenebrosam vnde recipit et inuenit eternam mortem. Quis enim vos oportet ex necessitate legere super isto glorioso libro vbi scriptam inuenitis hanc et omnem aliam virtutem.

Qualiter obedientia clavis est qua celum aperitur atque deus ex cellentiss.

Capitulū. clv.

Postquam ostendi tibi vbi virtutem hanc obire potes inuenire vnde venit et que sit eius consortia et a quo nutritur modo loquar tibi de personis obedientibus et insimul de ceteris inobediētibus atque de generali obedientia et particulari vbi de obedientia preceptorum et de alia consilio. Tota fides vestra fundatur in obedientia: nam in obedientia demonstratis esse fideles. Posita quippe sunt a mea veritate generaliter in lege precepta que debetis omnes observare: quorum est principale vbi ut me super omnia diligatis et proximos velut vosmetipsos: et ista sunt, vna cum aliis ita conexa pariter et vnita quod vnica observari non potest nisi cetera seruentur nec etiam vnum omitti potest quin etiam obmittatur alia. Si quis ista duo seruauerit etiam alia fuerit et est mihi fidelis atque proximo suo. De di igitur in meo caritatis amore consistit: et ideo est obediens et facit semetipsum esse subditum legalibus preceptis atque proximo propter me. Omnia patienter et cum humilitate tollerat et omnem laborem siue proximi detractionem. Nec obediens

tia fuit excellentie tante quod omnes ab ea gratiam attraxistis velut ab inobedientia mortem extraxistis. Non tamen vobis vsque quaque sufficeret si solummodo fuisset in verbo pro vobis incarnato et non inueniretur in vobis. Jam ego dixi tibi quod est illa clavis que celum aperuit quam clauem in manu vicarij sui dereliquit atque commendauit. Ipse quoque vicarius in manu cuiuscunque precepto baptismi, vbi sponte promittat diabolo et ipsi mundo cum omnibus pompis eius in veritate renuntiare ponit et exhibet et obedire permittens accipit huiusmodi clauem obedientie. Itaque quilibet habet imperatorem et est eadem ipsa clavis verbi. Siquis vero non ambularet cum lumine fidei et eius manu amoris ad aperiendum istam ianuam eterne vite cum ista clauis nunquam intrare poterit non obstante quod ab ipso verbo meo fuerit aperta. Quoniam ego creauit vos absque vobis ex eo quod me non rogastis: nam vos amari prius quam essetis sed non decreui saluare vos absque vobis. Oportet igitur vos in manu clauis huiusmodi portare: neque sedere debetis sed ambulare videlicet ambulando per viam incarnate veritatis imitando virtuosam doctrinam eius. Non enim ut iam dixi sedere debetis videlicet in re finita ponendo vestrum affectum ut agunt aliqui stulti qui sequuntur veterem hominem videlicet Adam facientes ut ille fecit qui proiecit obedientie clauem in lutum immo ditte coterendo eam cum malleo super

Tractatus.

bie. Insuper et eam rubiginavit amo-
re proprio meditante: nisi quod ex quo
venit unigenitus filius meus hu-
iusmodi clauem obedientie tenens
in manu purificauit eam in igne di-
uine caritatis atque de luto traxit eam
et in sanguine suo perfectissime lauit
eum gladio siue malleo iustitie dire-
xit eam fabricando vestras iniqui-
tates in incende sui sacri corporis
ipse reparauit ita perfecte quod quoti-
enique quilibet homo clauem suam
ex arbitrio libero destrueret: ipse po-
test eodem arbitrio libero median-
te cum gratia mea eisdem instrumē-
tis valde bene reaptare. **O** miser et
quod excecatus homo quia postquam
obedientie clauem ita destruxisti et
omittis illam iuxta posse reaptare.
Nunquid existimas quod inobedien-
tia que celum obserauit. Ade illud
tibi possit aperire. **I**udas quod super-
bia que ruit inde illuc possit ascen-
dere. **C**redis cum turpi et lacerato
vestimento ad nuptias introire.
Nunquid existimas sedendo atque li-
gando temetipsum vinculo pecca-
ti mortalis ambulare posse vel abs-
que clauem portam aperire posse. Non
imagineris ita perficere posse quia
deceptus es in hac imaginatione.
O portet ergo te esse solutum. Egre-
dere de peccato mortali per contri-
tionem cordis: oris humilem confes-
sionem atque satisfactionem operis cum
 proposito vitam emendandi et vl-
tra non offendendi et isto modo vil-
pendes et crucis et ad terram cices vi-
tuperabile vestimentum atque cum
veste nuptiali curres velocissime

portando cum lumine clauem obe-
dientie in manu ad aperiendum is-
tuam. **L**iga liga clauem istam cum
funiculo vilitatis in veritate contē-
nendo teipsum atque mundum. et illam
apprehende sancto desiderio compla-
cendi mihi creatori tuo de qua tibi
debes facere vnum cingulum quo
te fortissime cingere debes ut nun-
quam illam amittere valcas. **N**one-
ris amantissima filia quod aliqui sum-
pserunt clauem obedientie quod cla-
re viderunt eum lumine fidei quod alio
modo nequeunt euadere damnatio-
nem eternam: sed eam in manu re-
tinent absque tali cingulo quo debet
esse cincti et absque funiculo predicto
videlicet quia perfecte non induit
huiusmodi desiderium complacen-
di mihi sed sibi metipsis affectuosissime
placent et funiculum vilitatis
sibi non appenderunt videlicet optan-
do reputari viles imo potius optant
habere laudes ab hominibus. **I**sti
satis apti sunt ad amittendum cla-
uem istam dum aliquis eis molestus
labor vel aliqua tribulatio mentali-
ter siue corporaliter occurrat: et nisi
diligenter aduertant faciliter eam
ex toto perdere possent si sanctum
desiderium cum tempore negligere-
rent. **D**um tamen viuunt eam inue-
nire possunt si velint: si vero velle non
curant tanquam eam inueniunt.
Sed quis eis patefaciet quod eam ami-
serint. **I**mpatientia quia patientia
erat vnita cum obedientia. **D**um er-
go quis non est patiens ostenditur
aperte quod obedientia non est in ani-
ma. **O** quantum est dulcis atque glo-

Sextus

riosa virtus ista scilicet obedientie
in qua ceterae virtutes existunt ex co
gna caritate concepta sunt et erota.
In ea fundata est petra sanctissime
fidei: ipsa est una regina vitissima:
nam ille cui dispensata fuerit omni
bus bonis habundat et nunquam ali
qua mala sentit imo quotidie pacem
atque quietem habet: unde procellesi
maris inundationes minime ei no
cent ex quacumque tempestate sua.
Medullam anime non sentit odium:
unde tempore precepte iniurie quia
vult obedire. Nouit enim esse sibi
preceptum ut indulgeat omnibus.
Non habet aliquam amaritudinem
quauis eius appetitus minime re
pleatur quoniam obedientia fecit
eum ordinare ut solummodo me de
sideret qui possum et scio et volo per
ficere sua desideria. Et expoliavit
eum omni mundana letitia et sic in
omnibus inuenit pacificam quie
tem quicumque fuerit ille qui reginam
istam assumpsit in sponsam videli
cet obedientiam quam tibi posui
tanquam clauem. O dulcis obedi
entia que sine labore nauigas et absque
periculo peruenis ad portum vere
salutis. Tu habes conformitatem
in omnibus cum verbo filio meo vi
lectissimo. Tu ascendis in nauicu
lam sanctissime crucis omnia dispo
nis voluntarie substinere ne prete
reas obedientiam huius gloriosi
verbi vel a sua doctrina venies. Tu
tibi facis ex illa mentem unam ubi
cibum comedis animarum in pro
ximi caritate iugiter immorando.
Tu es humilitate vera peruncta: et

ideo bona proximi tui non appetis
extra voluntatem meam. Tu es vitique
recta sine curuitate quacumque quia
facis cor esse simplex atque rectum et
nullo modo fictum libere diligendo
proximum et non sicut sine eius simu
latione. Tu es velut aurore que te
cum adducis diuine gratie lumen.
Tu es velut sol quia calefacis ho
minem qui tecum habitat ex eo quod
nunquam es absque calore caritatis.
Tu quotidie germinare facis terram
videlicet que instrumenta corporis et
anime producant omnia fructum
qui vitam impendit in se pariter et
in proximo suo. Tu es ex toto iocun
da quia tua facies in nullo turba
tur ex impatientia sed est valde gra
ta cum dulci placabilitate pacien
tie. Serena quidem es ex fortitudi
ne insuper es in te magna cum lon
ga perseverantia et adeo longa sine
magna que occupas terram usque ad
celum quia cum ipsa celum aperis
Tu es velut una preciosa margari
ta sed abscondita et a multis inco
gnita et a mundo conculcata dum
temetipsam vilispendis et in dimi
bus vilem te facis et exaltas tuas
pias creaturas. Tanta quidem est illa
dominatio tua que nemo tui domina
ri potest quoniam egressa est totaliter
a seruitute mortali proprie sensualitatis
que tibi tuam auferbat digni
tatem hoc inimico tuo perempto eius
odio atque displicentia tui atque pro
pre complicitate tuam tenuisti atque
rehabuisti dignitatem.

Hic loquitur simul de misericordia iobedi
entia et obedientia excellencia. La. clvi.

Tractatus.

Hec omnia carissima filia mea bonitas agit que gratiose pronudit qd verbum vnigenitus videlicet filius meus clauem istam obedientie saluberrime repararet vt iam dixi. **H**omines mundani omni virtute nudati faciunt oppositus. **I**psi sunt velut animalia bruta sine freno quia carent obedientie freno et ita currentes vadunt de malo in peius de peccato in peccatum de miseria in miseriam de tenebris in tenebras: de morte in mortem donec adducantur ad fontem exitus ultime mortis cum verme conscientie qui semper eos consumendo rodit: et quamuis adhuc ipsi possint obedientiam resumere volendo vsq; obedire preceptis in lege scriptis habentes tempus amaro corde volentes et eo qd inobedientes extiterunt tamen est valde difficile propter longam peccandi consuetudinem: et ideo nullus ita desperando confidat qd valde periculosum est huiusmodi clauem obedientie velle tempore mortis assumere in tanta extremitate huiusmodi possit imo debeat in me quotidie sperare donec est in vita presentis tamen vt dixi discriminosum est vnicuique differre vitam inordinatam emendare expectando tempus quod non habet: nec est in potestate sua et perdendo tempus ei gratiose concessum. Sed quid est in causa huius detrimenti et huiusmodi cecitatis eorum. scilicet qd non cognoscit huiusmodi thesaurum. **P**roculdubio nubes proprii amoris cum miserabili superbia quia discesserunt ab obedientia et ad inobedientiam inciderunt: et quia non sunt obedie

tes ideo neque sunt patientes vt est supradictum: et in sua impatientia penam habent intollerabilem vnde sunt a via veritatis abstracti et per viam falsitatis atq; mendacii deducti serui et amici demonum effecti: et nisi se correxerint vna cum dominis eorum videlicet demonibus quorum dominium acceptare voluerunt cum hac inobedientia sua festinant ad eternum supplicium: prout econuerso dilecti filij legis obseruatores et obedientes erunt et ineffabili modo gaudebit in eterna visione mea cum humili et immaculato agno factore seruatore atq; donatore legis: quod est in vita presentis seruando gustauerunt pacem et in vita beata recipiunt et induunt pacem perfectissimo modo vbi est pax vera absq; guerra quacumq; et oem bonum absq; malo sine molestia cuiuscumq; rei: certa securitas absq; timore infinite diuitie sine paupertate: satietas absq; fastidio: fames absq; pena: lux absq; tenebris. vnum summum et infinitum donum et nullo modo finitum: quod vtiq; bonum est in veritate participatum in omnibus veris gustationibus: quis homines in tanto summo gaudio collocauit. **S**ed quis agni in cuius virtute clauis obedientie fuit a rubigine purgata vt cum illa possitis ianuam aperire. **I**ndubitanter igitur obedientia virtute sanguinis ipsam ianuam aperuit. **O** stulti et insensati non differatis vltius egredi de luto peccatorum et immunditiarum quia videtur vos valde locundari facere velut porcus in fetenti luto se circum-

Sextus.

noxiens: et ita facitis et vos in luto carnalitatís. Ergo relinquatis iníustitias: odium: homicidia: rancores: detractiones: murmuraciones: inídicia temeraria: crudelitates erga proximum: furta: mendacia: prodítiones: et inordinatas complacentias diuitiarum vite presentís. **P**recidite cornua superbie. si enim illa precipietis extinguetis odium quod in corde tenetis aduersus illum qui vobis infert iniuriam. Metimini diligenter iniurias quas irrogatis mihi et vestro proximo cum illis que fiunt vobis et inuenietis in comparatione vestrarum iniuriarum quibus offenditis me pariter et proximum vestrum quod iniurie facte vobis veluti nihil apparebunt. Vos aperte videre potestis et agnoscere quia dum estis in odio cum proximo vestro vos mihi facitis iniuria et eo quia transgredimini et contemnitis aperte preceptum meum: et insuper offenditis illum vos affectu caritatis eruentes atque priuantes. **J**am enim habuistis in mandatis ut me super omnia diligatis et proximum velut vosmetipsos ubi non fuit addita glósa sine postilla dicens nisi tibi fecerit iniuriam: immo fuit a mea veritate dictum absolute que perfectissime prius in semetipsa seruauit et ita simpliciter et pure vos quoque seruare debetis. Si vero non seruatis vobismetipsis et anime vestre infertis detrimentum vita gratie priuantes illam. Sumatis ergo. Sumatis obedientie clauem cum lumine fidei nec ambuletis ultra

cum cecitate tali neque cum huiusmodi frigida tepiditate immo cum feruore caritatis hanc obedientiam in corde teneatis et opere ut vna cum obseruationibus legis in fine gaudeatis eterna felicitate.

De his qui tantum amant obedientiam quod non sunt contenti de generali obedientia mandatorum: immo sumunt aliam obedientiam particularem. **Capitulum clviij.**

Nulla carissima noueris esse quosdam in quibus taliter excreuit amor versus hanc obedientiam amabilem quod nolunt esse contenti sub obedientia generali preceptorum legis quibus omnes estis obligati si vultis habere vitam alias in mortem incidere et eternam: unde sequendo perfectionem assumunt obedientiam singularem atque perfectam videlicet obseruando precepta atque consilia mentaliter et actualiter. Non enim est ignis amoris absque proprie sensualitatis odio. **I**gitur igne cresecente tali pariter et odium augmentatur. **I**sti ergo propter odium suum ad occidendam omnino voluntatem propriam ligare se volunt artius videlicet sub iugo sancte religionis vel ipsi se ligant extra religionem ad obedientiam alienius creature suam voluntatem ei submitteudo ut expeclitius ambulare possint ad adaperiendam ianuam eterne vite cum tali clauem. **I**sti sunt illi de quibus

Tractatus.

tibi dixi q̄ eligebant obedientiam perfectissimam. Dixi tibi de obedientia generali. Sed qm̄ noni tue voluntatis esset: q̄ ego loquar de hac obedientia perfectissima particulariter: id tibi narrare dispono de ipsa: ut tuo desiderio satisfaciam que tamen illam primam nullo modo derelinquit: s; est perfectior: quia iam dixi q̄ erant vnite taliter. q̄ ab inuicem separari nequeunt. Supra tibi dixi: vnde processit: et vbi reperitur obedientia generalis: et quid est illud quod vobis auferat illam: nunc vero de particulari tibi dicam non cum extrapolando te ab isto principio.

Per quem modum peruenitur ab obedientia generali ad particularem. Cap. clviij.

Anima que cum amore sincero iugiter obedientie sumpsit preceptorum imittando mee veritatis incarnate doctrinam: ut est dictum virtuose semetipsam exercendo: in hac obedientia generali venit ad se eandam obedientiam cum eodem lumine cum quo venit ad primam. Quia cum lumine sanctissime fidei cognouit in sanguine humilis agnitionem voluntatem: et amorem ineffabilem quem ei gero: et fragilitatem propriam que mihi nullo modo respondet cum ea perfectione qua deberet: et exquirat isto lumine meditate qualiter: et quomodo possit amplius propriam fragilitatem conculcare: atq; suam occidere voluntatem:

et mihi cum ampliori perfectione reddere debitus. Ergo perquirendo reperit eum lumine fidei locum sancte religionis que proculdubio fundata sunt a spiritu sancto posita veluti secunda nauicula pro recipiendis aiaibus que currebant volunt ad huiusmodi perfectionem: ut eas tutissime pducatur ad portum eterne salutis. *Incipit nauicula patris* nus vere spiritus sanctus est qui nunquam in se deficit ex defectu cuiuscumque que subditi religiosi qui transgressores esset ipsius ordinis. Unde nauicula istam proculdubio non offendit: imo semetipsum. Et est verus que ex defectu tenentis gubernaculum aliquam nauicula procedit fluctuando. Et isti miserabiles: et prauis pastores illi sunt que clauum huius nauicule recte dirigere deberent a patrono propter hunc respectum sibi collocati que nauicula tante delectationis est in semetipsa: que lingua tua narrare nequiret. Dico que hec anima postquam augumentauerit in se ignem amoris: atq; sancti desiderium cum odio sancto sui reposito loco congruo eius fidei sancto lumine mortua ingreditur si tamen est veraciter obediens: v; si perfecte seruant obedienciam generale. Et quis ingrederetur imperfectam poterit ad perfectionem postea puenire: imo progreuet in quantum virtutem obediencie voluerit in se exercere: imo pro maiori parte in principio religionem ingredientes imperfecti sunt. Quidam enim ingrediantur cum perfectione quidam ex leuitate puerili aliqui timore aliqui propter penam aliqui propter blanditias inducti. *Totus*

vero consistit q̄ virtuosē postea in
 exercitio quod sumpserunt perseue-
 rent: vsq; in finem. Ex ingressu nāq;
 primo solūmodo nullum iudicium
 habere sine vāre potestis sed solum
 in p̄seuerantia virtuosā: q̄ plurimi
 perfecti videbantur in eorū ingressu
 qui postea miserabiliter apostataue-
 runt: vel in ordine steterunt euz im-
 perfectione multa. Itaq; modus 2
 actus eam quibus homines in re-
 diuntur in nauiculam quos ordina-
 ut diuersis modis eos vocādo iudi-
 cari non valent: sed solum affectus
 eorum qui perseuerant intus cum
 obedientia vera. Ista nauicula vi-
 ues est: quia non expedit alicui sub-
 ditto cogitare de suis necessarijs: ne-
 que spiritaliter: neq; temporaliter
 quia si est verus obediens bene sibi
 prouidebitur a patrono nauicule:
 vsq; a spiritu sancto. Nosti me tibi vi-
 disse quando narraui de prouiden-
 tia mea: q̄ serui mei: licet essent pau-
 peres: nunquam tamen erant men-
 dici: quia quotidie satisfiebat ipso-
 rum indigentie. Hoc frequenter ex-
 periuntur illi qui bene seruant ordi-
 nem suū: vnde potes aperte cogno-
 scere: q̄ quādo regebantur: atq; be-
 ne seruabantur ordines in flore vir-
 tutum in vera paupertate 2 euz ca-
 ritate fraterna nunquā tamen eis
 defuit in aliqua necessitate ista sub-
 stantia temporalis. Postq; vero se-
 tor amoris proprii intransit viuēdo
 singulariter: 2 obedientia sancta de-
 ficiente etiam defuit eis ista tempo-
 ralis substantia. Et quanto possidēt
 illam in habundantia maiori se re-

periant in maiori necessitate: atque
 paupertate. Valde congruum ē q̄
 vsq; ad minima probent: 2 videā
 quem fructum habent ex inobediē-
 tia. Nam si essent obediētes: 2 ser-
 uarent votum paupertatis nō tene-
 rent aliquā proprietatem: neq; sin-
 gularē vitā agerēt: in hac itaq; dul-
 ci nauicula reperiruntur ample vi-
 uitie sanctarum ordinariorum edi-
 tarum ab his qui erant veluti tem-
 plum sancti spūs cū magno lumine
 pariter 2 ordine. Considera benedi-
 ctum q̄ ordinate disposuit nauicu-
 lam suā: attende franciscū q̄ ita p̄se-
 cutiōe ac odore paupertatis cū marga-
 ritis alijs virtutum ordinauit na-
 uiculā sui ordinis illum dirrigēdo
 per viam alte perfectionis: ipse pri-
 mus fuit in ipsa nauicula obseruās
 atq; sequacibus suis exhibuit ī sp̄o
 sam verā sanctāq; paupertatē quam
 ipse primus in ordine suo assumpse-
 rat ī se amplectēdo vilitatē: atq; sui
 p̄temptū: nec optabat alicui creatu-
 re cōplacere p̄ter ultra voluntatem
 meā: imo desiderabat a mundo rea-
 liter vilipendī macerādo corpus p̄
 pri 2 voluntatē occidens: 2 indū-
 gloriabatur vituperosis obprobrijs
 atq; penis amore humilis agni euz
 quo clauatus erat: 2 affixus in cru-
 ce: in tantum q̄ pro singulari gratia
 fuerunt etiam in corpore suo mee
 veritatis incarnate vulnera concessa:
 ita q̄ in vase corporis aperte de-
 monstrabatur quid erat in affectu
 cordis 2 anime sue. Itaq; ceteris
 viam fecit verbo 2 exemplo. Sed
 forte mihi dices nonne religiones

Tractatus.

alie fundate sunt modo consimili:
Respondeo q̄ sic tamen in qualibet
religione non est ita principale da-
to q̄ omnes a spiritus sancto in hoc
fundate sint accidit enim: vt in vir-
tutibus omnes virtutes a caritate
habent nihilominus alicui vna vir-
tus est propria: et alteri est alia pro-
pria: tamen omnes in caritate con-
sistunt. Ita contingit istis. Franci-
sco pauperenlo ppria fuit pauper-
tas faciendo principium in sua na-
uicula per amoris affectum in ipsa
paupertate cum ordine valde stri-
cto pro gente perfecta: et non comu-
ni pro paucis: et bonis: paucos dico
quia non sunt valde multi q̄ i per-
fectionem istam eligant: et attingant
ipsi vero propter defectus eorum mul-
tiplicati sunt in numero: et in virtu-
te defecerunt: et imminuti sunt non
ex defectu nauicule: sed propter in-
obedientes subditos: atq; guberna-
tores inordinatos. Si autem atten-
das ad nauiculam tui patris domi-
nici dilecti filij mei ordinauit naui-
culam suam ordine perfecto: vt v3
attenderet solum ad honorem me-
um: atq; salutem animarum euz lu-
mine scientie. Sup isto lumine prin-
cipium eius ordinare voluit: non ta-
men priuari voluit voluntaria pau-
perate vera: imo iugiter habebat
eam: et in signum apertum q̄ ipsam
habebat: et oppositum ei displicebat
ipse relegauit in testamento suo p
hereditate filijs: atq; successoribus
suis maledictionem suam: et meam
si possideant aliquam possessionem
in singulari vel comuni in signum q̄

elegerat in sponsam istam reginam
egregiam: v3 paupertatem volun-
tariam tamen pro principali obie-
cto scientie lumen assumpsit ad extir-
pandum errores: et hereses illo tem-
pore pululantes. Itaq; sumpsit offi-
cium vnigeniti filij mei. Et directe
videbatur quidam apostolus i mu-
do cu tanto lumine veritatis: et ver-
bum meum: ibi seminabat expellen-
do tenebras: et infundendo lucez: ip-
se fuit vnum lumen: q̄ ego mundo
gratiose concessi mediante gloriosa
maria quare dixi mediante maria:
Quia maria sibi dedit habitum lz
a bonitate mea fuerit hoc officium
ipsi marie commissum. Super qua me-
sa manducare facit filios suos cum
lumine scientie. Proculdubio su-
per mensa sancte crucis super qua
cruce posita est mensa sancti deside-
rii vbi comeditur cibus animarum
ad honorem meum. Ipse non vult
ad alia filios suos attendere: nisi q̄
in tali mensa cum lumine scientie so-
lummodo perquirant honorem me-
um: et animarum salutem. Et vt ad
alia attendant aufert ab eis huius-
modi curam rerum temporalium
ideo vult esse pauperes. Hoc i
dubitanter est apertissime signum
q̄ in fide nullo modo deficiebat du-
bitando ne prouideretur eis. Non
dubitabat: quia fidem formatam in-
duerat: et cum spe firma sperabat in
providentia mea. Vult insuper vt
obedientiam obseruent ad quas ob-
seruanda ipsi venerunt et electi sunt
Et quoniam immunda vita lumen
intellectus offuscat: et etiam ab isto

Sextus.

ferenti vitio luxurie corporalis vi/
las impeditur: et offuscatur remedi/
um apponit: ut in eis huiusmodi lu/
men nullatenus impediatur: et ita
perfectius acquirere valeant scien/
tic lumen. Ideo tertium votum co/
tinentie subiugit. Ab omnibus eni/
vult observari cum vera et perfecta
obedientia. Quamvis hodierna die
male servatur ac etiam scientie lu/
cem pervertunt in tenebras illam
insciendo cum superbie tenebris.
Non quod in se lux ista tenebras habe/
at: imo solum animabus eorum ex/
inordinato affectu suo tenebras ir/
rogant. Ubi superbia regnat obedi/
entia non habitat: iam enim tibi vi/
ri: quod homo erat tantum obediens
quantum erat humilis: et tantum hu/
militas quantum obediens: ille vero
qui transgreditur obedientie votum
raro servat votum odorifere conti/
nentie mentaliter que actualiter
transgrediendo. Itaque dominus iste
pater tuus inclitus nauticam suam
ordinavit atque cum his tribus funi/
culis alligavit: videlicet cum obedientia co/
tinentia: et vera paupertate. Ipse val/
de realiter ordinavit: atque discretio/
ne precipua. Non enim astrinxit ani/
mas filiorum ad culpam peccati mor/
talis illuminatus a me vero lumi/
ne provide disponendo pro illis qui
minus perfecti forent. Quia licet om/
nes observantes ordinem in statu
perfectionis existant nihilominus
etiam in vita presenti unus altero
perfectior est: itaque perfecti bene sta/
re possunt in ista nautica: ipse rea/
liter adhaesit incarnate veritati mee

ipsum vestigia virtuosae sequendo de/
monstrando nolle mortem alicuius
peccatoris: imo potius: ut converta/
tur: et vivat. Est itaque laudabili mo/
do larga totaque iocunda per totum
et in omnibus odorifera est enim unum
viridarium optabile in se. Tamen
aliqui miseri non observatores: imo
transgressores ordinis quantum in
eis est totum fecerunt esse silvestre
cum modico virtutis odore privati
lumine scientie: unde viridarium:
hoc in se delectabile satis est inqui/
natum: atque maculatum ab huius/
modi transgressionibus: sed in prin/
cipio: non ita fuit erat enim valde
floridum: sibi namque debebant viri ma/
gne perfectionis quorum quilibet
per modum loquendi videbatur apo/
stolus Paulus cum tanto lumine
quod eorum oculi nullatenus impedi/
bantur a quibuscumque tenebris er/
roribus quin illico soluerentur: et il/
luminarentur. Aspice gloriosum
Thomam qui cum oculo clarissimo no/
bilis intellectus eius in mea verita/
te speculabatur: ubi lumen supernatu/
rale atque scientiam infusam ex gratia co/
quesivit et habere peremerit. Quam scientiam
obtenuit potius per assiduitatem de/
votae orationis quam ex humano studio
ipse fuit una lux ardentissima que
non solum in ordine suo resplendu/
it verum etiam in corpore mystico
militantis ecclesie tenebras heresum
ac errorum extinxit. Et aspice petrum
virginem et martirem qui cum san/
guine suo dedit in tenebris multa/
rum heresum lumen valde per ful/
gidum quas habuit odio taliter quod

Tractatus.

domino disposuit ex hoc exponere vitam. Quis vero dixit habebat hec exercitia: v3 orare predicare siue disputare contra perfidos hereticos audiendo confessiones annunciando veritatem atq; quotidie villatando fides absq; timore quocunq;. Ne que solum in vita sua fidelissime cōfitebatur et iuxta posse defendebat illam verum etiam in extremitate sue mortis. Quia post vulnus illud in capite receptum cum vocem ammisisset et atramento careret in sanguine proprio digitus immerfit. Et quia gloriosus martyr iste etiam papiro carebat inclinando se scripsit in terra symbolum in quo fides catholica plene cōtinetur. Cor eius ardebat in fornace mee caritatis: ideo retrocedere noluit quāuis ego sibi reuelassem occidendum esse. Sed ipse veluti miles intrepidus: et absque timore seruis sponte voluit in campum belli procedere: vbi gloriosam obtinuit victoriam. De quampluribus etiam alijs enarrare tibi posset qui licet actuale in corpore martirium non haberent tamen in sancto desiderio iugiter habebāt: atq; portabant: put etiam inclitus tuus pater dominicus habuit. Ecce quales laboratores iste paterfamilias in vineam suam transmisit eradicando vitia: virtutes vero plantando. Tere dñicus: et franciscus erant due colonne in ecclesia militanti. Franciscus euz paupertate voluntaria que sibi ppria fuit. Dominicus vero cum scientia prout est dictum.

De obedientium excellentia: et de miseria inobedientium in religioe consistentium. Capit. clx.

Postq; ego tibi dixi de locis: v3 de nauiculis istis a spiritu sancto taliter ordinatis per huiusmodi patronos licet ipse spiritus sanctus principaliter patronus existat: et ostendi tibi aliquam partem de ipsorum virtuosa perfectioe: nunc volo tibi loqui de obedientia: et obedientia eorum qui sunt in huiusmodi nauiculis loquendo generaliter: et non in particulari magis de vno ordine q̄ de alio demonstrando simul inobedientis defectum vna cū obedientis virtuoso profectu: vt aptius agnoscas vnum propter altius quia cōtraria iuxta se posita magis elucescūt. Et qualiter ambulare debet ille qui ingredit: vult nauiculas approbate religionis. Notandum est ergo q̄ ille qui vult ordinem aliquem sanctum ingredi debet incedere cum lumine sanctissime fidei cum quo lumine cognoscat q̄ cum oportet occidere propriam voluntatem cum gladio: v3 odij cuiuscunq; sensitivae passionis in sponsam illam assumendo quam ei assignabit caritas vera atq; sororem suam. Sponsam intelligo obedientiam veram: atq; promptam cum sorore sua: vide licet placentia: atq; nutrice que est humilitas: quia si nō haberet iuxta se nutricem ista obedientia procul dubio fame deperiret. Quoniam in anima vbi non est virtus humilitatis obedientia subito moritur. Quia

Sextus.

realitas vero sola non ambulat: imo secum debet habere omni tempore seruam uilitatis semetipsam pariter: et omnia mundana contemnendo. Nam anima que se vilipendit: non appetit honores: imo dedecus atque contumelias. Et ita mortua debet ire letanter ad nauiculam approbate religionis cum est in etate congrua. Sed quod dixi tibi: quod diuersis etatibus: et variis modis vocabam homines ad religionem sanctam in quo cuiusque modo quisque vocatur ad religionem ipse debet acquirere: nec non in se conseruare perfectionem istam et cum sancta alacritate festinanter assumere clauem istius obedientie religionis que clauis aperit per modum loquendi portellum quod est in porta celi. Sicut magna porta solet habere portellum paruum simili modo tales aperire disposuerunt huiusmodi portellum omnia clauis maior: uidelicet obedientie generalis qua celus aperitur a vulgo seculari. Sed ipsi desiderant cum parua clauis portellum huius porte magne feliciter aperire transeundo per uiam arduam: et arduam. Tamen a Ianua magna non separatur: imo stat in ipsa porta sicut materialiter accedere potes clauem istam cum diligentia retinere debent: et in se conseruare postquam acceperint eam: et non ab se abicere. Et quia ueri obedientes aperte uiderunt cum lumine fidei quod cum onere diuitiarum: et cum grauedine proprie uoluntatis per artum huiusmodi portellum intrare nequeunt: absque periculo la-

boze: nec scedere possunt eleuato capite quin offendantur: quia uelint nolint oportet inclinare ceruicem: ideo proiciunt a se possidus huiusmodi diuitiarum: atque proprie uoluntatis uotum obseruando uere paupertatis uoluntario. Nihil omnino possidere uolunt: quia cum lumine fidei uident in quantam ruinam inde uentrent. Et quod ipsi transgredierentur obedientiam ex eo: quod non seruarent uotum promissum uere paupertatis. Et ipsi uentrent ex hoc in superbiam eleuatum caput habentes ex uoluntate propria. Et quod cum aliquando compellantur obedire ceruicem inclinarent uolenter: et inuiti non ex humilitate que uolentia caput infringit uoluntati proprie complectens obedientiam illam cum prelati disollicitia pariter et ordinis. Post hoc autem facillime ruerent in aliam transgressionem: uel incontinentie. Quonia ille qui non ordinauit appetitum: nec exutus temporalis substantia multas conuersationes assumit inueniendo multos amicos eius amantes ex uilitate propria. Postmodum ab aliis communibus conuersationibus proceditur ad secretas familiaritates. Corpus eorum in deliciis nutritur: quia non habent humilitatem in nutricem: neque sordorem suam uilitatem: ideo morantur in sui damnablem concupiscunt a cum magna comitate corporali non tanquam ueri religiosi: immo ueluti dissoluti domini seculares: alienauerunt a se uigiliam: et orationem. Nec

Tractatus.

et multa alia faciunt tales: quoniam habent ad expendendum: nam si non haberent eis minime contingerent talia et incidunt in munditiam corporaliter vel mentaliter. Et si quandoque se propter verecundiam abstinere: vel quia caret opportunitate: non abstinere a mala voluntate: quia quodammodo videtur impossibile quod ille qui multas habet conversationes et in deliciis vivere delectatur: et inordinate cibaria sumit: absque vigilia: et oratione mentem in se valeat conservare puram. Et ideo perfectus obediens videtur a remotis eius lumine sanctissime fidei malum: atque detrimentum quod eueniret ei possidendo substantiam temporalem: et cuncto cum pondere proprie voluntatis. Et attente considerat: quod eum transire omnino oportet per artum huiusmodi portellum: et quod transiret inde cum morte: et non cum vita: quia non aperuisset illud cum clauis obedientie: nam tibi dixi: quod cum omnino oportet transire. Et sic est quod nisi forte discedat ab ordine sancto vellet: vel nolit oportebit eum transire per artum viam obedientie sui prelati. Et quia perfectus obediens deo: et ordini suo se lenat: ultra se propriam sensualitatem subiungendo: atque super sensus proprios erigendo semetipsum eius fidei viam introduxit odium in domum anime sue veluti seruum: ut expellat inimicum: et amorem proprium ex eo: quia nullo modo vult: ut amantissima sponsa sua quam sibi vera caritas assignauit: et eum lumine fidei disponant: videlicet

obedientia quomodolibet offendatur. Et ideo cum sancto rigore suus inimicum expellit inde: atque introducit ibi sociam: et nutricem ipsius amantissime sponse sue. Odium expulit inimicum amor autem obediencie introducit amatores predictae sponse sue: videlicet virtutes veras atque reales una cum ordinis obseruantia laudabili. Unde ista sponsa dulcis ingreditur ad animam cum sorore sua: videlicet cum patientia una cum sua nutrice que quidem est humilitas associata eius vilitate: atque displicentia sui. Igitur ex quo intravit in pacifica quiete possidet omnia: quoniam inimicos suos expulit extra. Moratur iugiter in viridario vere continentie cum sole luminis intellectus: ubi est pupilla fidei habens in obiectum veritates incarnatas: quia solummodo veritates habet in obiectum. Ibi est ignis affectuose caritatis que calefacit omnes amicos: et socios suos ex eo quod obseruat ordinis obseruantiam: et obedientiam cum amore succensio. Qui sunt inimici qui stant extra principis inimicus est amor proprius que producit in anima superbiam inimicus caritatis: et humilitatis: impatientia que patientie contrariatur inobedientia contrariatur obediencie infidelitas aduersatur fidei presumptio cum vana spe suarum virium minime concordat cum vera spe quam anima debet in se ponere: et habere: iniustitia non habet cum sancta: iustitia conformitatem nec impudentia cum salubri prae-

Sextus.

dentia: nec in temperantia cuius tem-
perantia: neque transgressio manda-
torum ordinis cum eorumdem ob-
servantia: neque male conversationes
huiusmodi sceleratorum cum con-
versatione bonorum: imo sunt in-
mici: et faciunt derelinquere mores
ordinis cum observantia salubri. Om-
nes isti sunt inimici crudeles eius:
et iracundia militat aperte contra
benivolentiam crudelitas contra pie-
tatem ira contra benignitatem odi-
um virtutum contra dilectiones ip-
sarum immundicia contra purita-
tem negligentia contra sollicitudi-
nem ignorantia contra scientiam: et
agnitionem somnolentia contra vi-
gilantiam: et orationem continuam. Et
quia cum lumine fidei cognovit quod
omnes isti erant inimici qui conta-
minare sponsam: hanc videlicet obe-
dientiam exoptabant: ideo misit odi-
um: ut eos expelleret: et amorem: ut
amicos induceret. Odium ergo cum
gladio suo propriam: atque perversam
voluntatem intermisit que voluntas
ab amore proprio nutrita vitam im-
pendebat inimicis istis obedientie.
Sed amputato capite inimico prin-
cipali per quem alii conservaban-
tur: et innabantur anima libera re-
manet: et in pace sine bello: quia non
habet contra se vimicantem: quoni-
am anima remouit: et abstulit a se
quicquid ei tristitiam: et amaritudi-
nem negabat. Quam itaque guerram
habet verus obediens: Nunquid ha-
bet ab iniuria guerram? Non ex eo
quod patiens est patientia namque est so-
lor obedientie. Nunquid ab oneri-

bis ordinis molestat in corde? Non
ex eo quod obedientia voluntarie facit
ea servare. Nunquid obedientia gra-
uis sui prelati prebet ei penas mo-
lestam et inordinatam? Non: quod con-
culcavit: et abnegavit voluntatem
propriam: nec optat inuestigare vo-
luntatem prelati sui: nec illam iudi-
care: sed cum lumine fidei indicat
voluntatem meam in eo credens in
veritate quod clementia sancti spiritus
ordinavit ipsum precipere siue non
precipere: prout est opportunum pro
sua salute. Nunquid aliquando
nauseam siue displicentiam habet
ordinis exercitia vilia facere siue
tollerando contumelias iniurias: vel
improperia sibi facta: vel dicta siue
quando vilipenditur ab aliquo? Non
ex eo quod concepit amorem ad vilita-
tem: atque displicentiam ad semetip-
sum cum odio perfectissimo: imo cum
sancta patientia letatur: et exultat in
foecundo gaudio cum sua sponsa: vi-
delicet obedientia peramabili. Ipse
de nullo tristatur unquam. Nisi solum-
modo de offensa quam videt irroga-
ri sibi creatori suo. Quod conversatio sua
est cum illis qui me timent: et amant
in veritate. Et si quandoque conuer-
satur cum his qui separati sunt a vo-
luntate mea non facit: ut conformi-
tatem velit habere cum defectibus
eorum: imo solum: ut eos a suis de-
fectibus extrahat. Quia cum cari-
tate fraterna bonum quod est in se
porrigere vellet omnibus attenden-
do: quod maior honor: et gloria sibi re-
sultaret in plurimis ordinem obser-
uantibus quam in eo solummodo. Et

Tractatus.

ideo conatur videri seculares atq; religioſos verbo exemplo ⁊ oratione ſiue quocunq; modo potuerit ad viam eterne ſalutis iuxta poſſe ſatagens eos extrahere de tenebris peccatorum. Itaq; conuerſationes veri obediētis utiq; bone ſunt ⁊ perfecte ſiue ſint cum bonis ⁊ iuſtis vel etiam iniuſtis ⁊ peccatoſis exordia affectu ⁊ eius amplitudine caritatis. de cella ſibi facit celum ubi quotidie delectatur loqui mecum ⁊ etiam virtuoſe conuerſari cuius amoris affectu fugiens otium cum humiliori oratione continua. Quando vero cogitationes ex illuſione diabólica ſibi ſuperhabundant in cella minime ſe ponit ad ſedendum in lecto ne gligentie vacans in ocio nec inueſtigare ſatagit ex rōne cogitationes occurrentes vel ocioſa iudicia: imo ſollicite fugit ocium lenando ſuper ſe cum odio ſuper carnalem ſenſum cum humilitate vera ⁊ patientia tollerando labores quos in ſua mente ſentit ⁊ cum vigilia ⁊ oratione continua reſiſtit vigilante ſui intellectus oculo in me prudenter attendēdo cum lumine fidei q̄ ſum eius adiutor ⁊ q̄ ego poſſum ſcio ⁊ volo in omnibus ei ſubuenire: ⁊ ideo brachia mee bonitatis aperio ut ipſe ſollicite fugiat a ſemetipſo recurrrens ad me. Si vero ſibi videtur q̄ oratio mentalis ex magno labore atq; tenebroſa mente ſibi deſiciat vocales ſumere debet vel aliud exercitium corporale ut oratione vocali corporalib; exercitiis fugiat ocium ⁊ cum lumine reſpiciat in me qui cuncta ſibi ca-

ritate paterna concedo: unde per veram humilitatem ſe reputabit indignum habere quietem atq; pacem in mente ſicut alij ſerui mei ⁊ digni habere penas quia in mente ſua iam ſeipſum vilipendit cum odio ſancto ⁊ improberio ſui. Tali non videtur q̄ ſe poſſit ſaciare in tollerando penas: neq; tamen ex iſto deſicit in ſpe providentie mee ſed cum viva fide ac obediēte clavi tranſit in preſenti mari procelloſo in nauicula ſancte religionis. Et ita cellam inhabitat valde fructuoſe fugiens ocium ut dixi. Obediens vult eſſe primus qui chorum ingrediatur ⁊ ultimus egrediens. Et quando videt aliquem ex fratribus eſſe magis obediētem atq; ſollicitum q̄ ipſe ſit: habet ex hoc unam ſanctam invidiam ⁊ annullationem ⁊ ideo conatur virtutem illam auferre ſibi non tamen exoptans q̄ in nullo minuatur quia ſi hoc optaret proculdubio videretur eſſe privat⁹ caritate fraternā obediens niſi neceſſitate cogente nunquam reſectorium deſerit: imo quotidie viſitat illud valde namq; delectatur in menſa ſtare cum pauperulis. Et in ſignis q̄ ipſe taliter delectabatur ut vitaret occaſiones relinquendi reſectorium ipſum abſtulit a ſe ſubſtantias temporalem obſervando vere paupertatis votum: ⁊ cum tanta perfectione q̄ etiam corporalem indigentiam cum quodam imperio ſibi conſervat: cella ſua reperitur plena odore paupertatis ⁊ minime panis. Neq; cogitando laborat pro cuſtodia ne forte latrones ei furētur: vel q̄ alique

Sextus.

si nec pānos eius detrorent siue cor/
rumpant. Et si quid ei donatum ex/
iterit minime laborat ad reconden/
dum ex eo quia libere communicat
omnia cum fratribus non excogitā/
do pro die crastina: sed in die presen/
ti solummodo sibi cibaria recipit^o solū
cogitando de regno celorum et quō
verā obedientiā valeat in se perse/
cte seruare: et quia per viam humili/
tatis obseruat amplius ipse se subij/
cti ita puo sicut et magno et ita pau/
peri sicut et diuiti omniū se seruum cri/
stimat nullum aliquando recusā/
do laborem vt omnibus caritative
seruiat. Clerus obediens non optat
obedientiam perficere suo mō. neq;
tempus eligere neq; locus sed iuxta
modū ordinis atq; prelati sui: et oīa
facit absq; pena siue tedio mentis.
Imperfectus et verus obediens per/
transit cum ista dulci clauē per ar/
dum et arduum portellum ordinis
valde cōmode sine difficultate vel
violentiā quoniam obseruauit et ob/
seruat votum electe paupertatis vna
cum odorifera continentia et obedi/
entia. Recusauit et aufugit altitudi/
nem elationis atq; superate caput
humiliter inclinans obediētie ideo
non infringitur ei caput ex impatiē/
tia: sed in omnibus est omnino pati/
ens cum fortitudine et longa perse/
uerantia que multum amicat obe/
dientie. Insidias et insectationes de/
monum versus obediens illeius eua/
dit mortificando et macerando cor/
pus illud exuendo huius vite velli/
stias atq; concupiscentias et induen

do labores ordinis cum fide forma/
ta nesciens vel nullo modo retinēs
indignationē veluti paruulus qui
cito patris verberum obliuiscitur.
Ita facit iste libentissime tradens
obliuioni quālibet iniuriam verbe/
rum vel verberum siue reprehēiones
siue disciplinā licet etiam iniustam
quam ab ordine vel a prelato suo re/
cepisset: qui vocatus iudicate men/
te pacifica redit ad eum nullo mo/
do passionatus vel commotus ira/
rancore vel odio: sed cum filiali be/
niuolentiā et humili mansuetudine.
Isti sunt illi paruuli de quibus in/
carnata mea veritas ait in euange/
lio. Sinite paruulos venire ad me:
talium est enim regnum celorum.
Et iterū qui se nō humiliauerit vt
paruulus iste idest q; habeat eius
conditiones et innocentiam non in/
trabit in regnum celorum. Nam qui
se humiliat exaltabitur: et qui se ex/
altat humiliabitur. hoc idem asse/
ruit ipsa veritas in euangelio. Item
isti paruuli humiles qui amore mei
effecti sunt subditi cum obedientia
vera minime recalcitrantes ordini
siue prelato suo merito sunt exalta/
ti cum veris ciuibus eterne vite a
me summo et eterno patre vbi re/
munerantur ex omnibus laborib⁹
eorum et in presenti vita gustāt arā
ipsius vite.

Quomodo veri obediētes a deo
centuplum accipiūt et qualiter hoc
intelligitur. Capit. clx.

Tractatus

In istis parvulis amantissima filia perficitur verbum illud quod veritas mea dicit in evangelio. Tunc enim a Petro fuisse interrogat. Ecce reliquimus omnia et secuti sumus te quid ergo erit nobis illico respondit inter cetera centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis: quasi dicat. Bene fecisti petre quoniam alio modo me sequi non poteras. Ego autem in vita presentis centuplum tibi dabo. Sed filia carissima quod est illud centuplum quod postmodum eterna vita sequitur. Quid in hoc exprimere voluit ipsa mea veritas. Nunquid de substantia temporalis. Non quippe: quoniam aliquotiens in elemosinario etiam ista temporalia multiplicari faciam de quibus ergo voluit exprimere: de illo quod exhibet voluntas eius propria que seipsam unicam prebet et pro hac una voluntate centum habebit id est caritatem. Sed quare centenarius iste numerus exprimitur: ex eo quia numerus iste perfectus est nec addere potes ultra nisi reincipias a primo. Ita caritas ultra ceteras virtutes est itaque perfectissima quia nemo potest ad virtutem perfectiorem ascendere: potes utique recipere a recognitione tui et immerito crescis et augmentas ipsum numerum centenarium: sed tamen ad illum numerum solamodo pervenis. Hic est ille centenarius numerus qui datus est illis qui dederunt unum videlicet unicam ipsorum voluntatem in obedientia generali vel in ista particulari multo fortius et

isto centenario habetis vitam eternam quia sola caritas est illa que tanquam dominatrix ingreditur atque secus introducit aliarum virtutum fructum: sed ipse fors imorant. Ingreditur igitur ad me vitam eternam in quo beati vitam durabilem habent. Illuc fides mihi me ascendit. habent enim ibi beati per experientiam ea que per fidem in seculo crediderunt: nec spes ascendit ex eo quia possident ea que speraverunt. Et ita contingit in alijs virtutibus. Itaque sola caritas intrat veluti regina possidendo me possessionem eius. Vides ergo quod isti parvuli mei centuplum accipiunt et postea vitam eternam in presenti vita recipientes ignem divine caritatis quam significari dicitur per centenarium numerum. et quoniam a me recipiunt hunc numerum centenarium in admirabili gaudio cordiali quotidie morantur: quoniam in vera caritate nulla tristitia consistit imo solamodo gaudium iocundum. Ipsa namque eorum admirabili modo dilatatur. Illud enim efficit valde liberum et sincerum non artum siue duplex. Alia que vulnerat ista valet sagitta non ostendit unum in facie vel in lingua si habeat oppositum in corde non servit alicui fidei vel habet aliquam ambitionem ex eo quia vera caritas aperte procedit in omni negotio suo cum omnibus unde certum est quod anima que possidet illam non incidit in penam nec in tristitiam afflictivam: nec ab obedientia viscor dat unquam sed est obediens usque ad mortem.

Sextus.

De misera peruersitate inobediē-
tium et de defectibus procedentibus
ab inobedientia. Cap. cxi.

Inobediens vero facit opposi-
tum quod sit at in ordine cum tan-
ta pena misera et infructuosa pro se
et alijs quod in presenti vita gustat arā
infernī quotidie nāq; cōsistit in sua
confusione tristitia et consciētie sti-
mulo cū displicentia non solummodo
sui prelati sed etiā ordinis inobedi-
ens effectus est incōportabilis etiā
sibi metipso. Attende dilectissima fi-
lia illum qui votū fecit et assumpsit
obediētie clauem quō valere pōt
existens inobediēs ipse fecit semet-
ipsum seruum inobediētie cōstitu-
ens illam dominā suam cū societate
impatētie que proculdubio nutrit
a superbia cū propria cōplacētia
que superbia sicut sū viri nascit in
amore proprio opposita aia, facit his
que tibi viri de obediētie suo meo.
Ergo quō pōt iste miser eē sine ama-
ra pena. priuatus est enim affectuo-
sa caritate: necessarium est eēt euz in-
clinare ceruicem violēter a propria
voluntate declinante obediētia cō-
pellente: superbia vero suadet et in-
ducit vt illam erectam habeat: oēs
voluntates eius ab ordinis volūta-
te discordant: ordo precipit obediē-
tiam: ipse vero diligit inobediētia
precipit voluntariā paupertatē: ipse
vero fugit eam possidendo et optan-
do diuitias vult obseruari continē-
tiam et iste miser vult imonditiā. qñ
religiosus ista tria vota transgredi-
tur amantissima filia carissima ca-
dit in ruinas et in tot miserabiles de-

fectus quod etiā aspectus eius nō ap-
paret viri religiosi imo potius viri
demonis incarnati sicut alibi ti-
bi plenius enarraui. Adhuc atq;
nunc addam vt apertius intelligas
illozum vitabilem fraudē atq; fru-
ctum quem ex inobediētia lucran-
tur ac etiā ad cōmendationē obe-
diētie: iste miser est ab amore pro-
prio fraudatus quoniam oculus in-
tellectus eius cum fide mortua sibi
posuit i obiectus cōplacētia proprie
sensualitatis atq; mundanas vani-
tates: egressus est a mundo solūmo-
do corpore sed in eo mansit affectu.
Et quod sibi videtur obediendo labo-
rare vult inobediens esse pro vitan-
do labore: ipse autem in maximū la-
bores incidit: nā obedire cōpellitur
amore vel violentia. **Q**ualiter est
a suo desiderio fraudatus: nemo ta-
men cum decipit nisi ipse volendo
sibi complacere sibi displicet: nam
opera sua sibi metipso displicent que
faciet inuitus per obediētia in-
uitam: optant enim in delectabili
consolatione manere atq; sibi face-
re vitam eternā in vita presenti bre-
uissima. **O**rdo autē vult quod ipse pe-
regrinus existat et hoc iugiter osten-
dit ei: quod quando sedet in aliquo lo-
co sibi gratuito pro cōplacētia sua
quā ibi reperit et est ab ordine muta-
tus inde in tali mutatione penam
habet ex eo quod propria voluntas vi-
uens optat oppositū: et si non obedi-
ret haberet inde disciplinam ab or-
dine: itaq; iugiter in tormento mo-
ratur. Aperte vides ergo quod decipit
iste semetipsum volendo penam eua-

Tractatus.

dere cadit in penam valde gruiore
quia per cecitatem eius agnoscere
nequit viam obedientie sancte: que
via veritatis est in vnigenito filio
meo saluberrime fundata que pena
aufert cuilibet obedienti: ideo va
dit per viam mendacij reputas ibi
consolationem inuenire: tamen non
inuenitur ibi aliud q̄ amaritudinē
et penam. quid euz ad hoc adducit.
Amor quem ex propria passione cō
cepit ad inobedientiam. Iste veluti
stultus vult in hoc procelloso mari
super brachia propria nauigare cō
fidens in suo miserabili et infimo sen
su neq̄ nauigare vult absq̄ labore
super brachia prelati sui ordinis.
Iste moratur in nauicula religioſis
corpore sed non corde: imo itaq̄ ex de
siderio videtur inde egressus: ordi
nis transgrediendo ceremonias et or
dinationes atq̄ tria vota que serua
re promisit in sua professione. Ipse
quippe moratur in mari valde pro
celloso et in magna tēpestate illesus
a ventis valde contrariis et solum
modo per pannos alligatus vide
tur esse nauicule: habitum ordinis
videtur habere in dorso sed non ha
bet in corde. Iste minime frater si
ne religioſus est: sed vnus homo ve
stitus. Homo quidem in humana
forma sed in effectū et in suo modo
vivendi peior est animali sine rōne
Nō ne si haberet vsum alienius ra
tionis aperte cognosceret et difficult
us esse nauigare super brachia pro
pria q̄ super aliena. Quomodo nō
attendit q̄ stat iugiter in periculo
mortis eterne q̄ primū ille pannus

a nauicula solueretur morte inter
ueniente nullū remediū vlti⁹ in
uenire posset. Ista proculdubio nō
videt quia nubes amoris pprii vn
de processit inobedientia priuanit
cum omni lumine quare videre ne
quit huiusmodi periculum atq̄ ve
trimentum eius. Igitur valde mise
rabili modo se decipit quem fru
ctum habet atq̄ producit arbor
isti⁹ inobediētis fructū vtiq̄ mortis
ex eo quia radix affectus eius est in
supbia plantata que processit a cō
placētia et ab amore proprio sui vn
de cuncta corrupta producantur
inde videlicet flores: folia: fructus:
et vniuersa que pertinent ad ipsam
arborem ex toto maculata sunt et
corrupta: et principales rami valde
sunt infecti videlicet ramus obedi
entis paupertatis et continentie. Tres
isti rami continentur in stipite hu
ius arboris videlicet affectus ani
mi qui male plantatus est vt iaz vi
xi. folia que pducit hec arbor ver
ba corrupta sunt in tali forma q̄ in
ore cuiuscunq̄ scelerati secularis es
sent valde indecentia. Si vero con
tingit q̄ talis habeat annūciare po
pulo verba salutis et euangelica pro
nunciat illa non affectu sincero sim
pliciter ad pascendas animas isto
sancto semine verbi mei immo poti
us attendit ad aures audientium
demulcendas verba polita et orna
ta proferendo: vt idem postea comē
detur a populo: si flores huius arbo
ris attendas proculdubio putridi
sunt videlicet varie cogitationes et
vane quas auide et sponte recipit et

Sextus

Acceptat in quibus opinio frequen-
tissime delectatur et illo modo eas
intrit et augmentat non vitando lo-
ca pariter et vias unde procedunt
immo sollicitè perquirat ut iniqui-
tatem cum effectu perficere possit.
Que quidem sunt fructus qui vite
gratiam auferunt: ei inferendo mortē
eternam: et iste fructus ab arborē vna
cum flore generatus qualem seto-
rem exhalat: utiq; setorem inobedi-
entie in malum iudicans in corde
suo prelati voluntatez et illam inue-
stigando perquirens ultraq; expe-
diat: setorem etiam immunditie cū
complacentia multarum conuer-
tionum cum infelici vocabulo de-
notarum. O miser homo nō aduer-
tis q̄ sub vocabulo et sub isto colore
deuotionis aliquando sequitur aci-
es filiorum. hunc fructum habes
ab inobedientia tua quia non ha-
buisi filios virtutum ut ille verus
obediens. Tu vero calide procu-
ras prelatum tuum decipere siue
circūvenire quando vides q̄ ipse
denegat ea que tua peruersa volun-
tas exposcit cum folijs verborum
aliquando blandiendo vel adulan-
do siue cōminando vel improperan-
do procedens cum irreuerentia ma-
gna vsq; quo per phas et nephas ob-
tineas ab eo que cōcedere volebat.
Tales nullo modo sciunt vel no-
lunt fratrem suum supportare in
aliquo. ipsi quoq; nequeunt tollera-
re vel vnum verbum minimum
alicuius reprehensionis: sed illico
manifestant venenatim impatien-
tiae fructum odij et iracundie contra

fratrem suum iudicando sibi pro
malo factum quod est in veritate
pro bono suo et ita quotidie scandali-
zatus vinit in pena corporis et ani-
me. Quare displicuit ei frater suus
Quia sibi metipsum carnali modo cō-
placuit. Ipse fugit a cella quemad-
modum a veneno quoniam egressus
est a cella notitie sui unde pro-
cessit ad inobedientiam et ideo ne-
quit in materiali cella consistere.
Insuper ad refectorium renuit ac-
cedere nisi sicut ad locum sibi val-
de contrarium dum habet ad expē-
dendum: si vero non habet ex neces-
sitate vadit illuc. Ergo benefecerūt
obedientes volentes obseruare pau-
pertatis votum ut nihil omnino ha-
berēt ad expendendum ut ipsi nul-
lateus extraherentur a suauī men-
sa refectorij vbi verus obediens in
pacifica quiete nutrit animam su-
am vna cum corpore. Ipse minime
laborat in preparando sibi cibaria
delicata sicut agit ille miser inobe-
diens cuius gustui refectorium vide-
tur amarum: et ideo fugit ab eo. Ad
chorum visitandum quotidie vult
esse vltimus. primus autem ad cre-
nandum labijs suis appropinquat
mibi. cor autem eius elongatur a
me. Capitulum vero timore disci-
pline libentissime fugit quando cū-
q; commode potest. Ibi vero per-
manendo stat cum quadam vercū-
dia in mente sua confusina quā se-
cundā habere noluit in cōmittēdo
culpas. Non enim erubuit etiā ap-
te perpetrare culpas mortalium pec-
catorum: et quid est horū in cā. Ino-

Tractatus.

bedientia nullū exercitium sanctus
habet non vigiliam non orationem
neq; soluz oratione mentali caret: ve
rum etiam vocalem ad quā est obli
gatus frequētissime dereliquit: nec
habet iste miser inobediens carita
tem fraternam ex eo qz nō amat ali
quem nisi semetipsum nō amore ra
tionali sed amore bestialit: tot indu
bie mala sunt que occurrunt inobe
dientibus atq; tot sunt infelices eo
rum fructus q; lingua tua eos ex
plicare non posset. **O** misera et infe
lix inobedientia que spoliās aīaz oī
virtute illam omni vicio vestiens.
O misera et infelix inobediētia que
privas animam obedientie lumē
auferens ei pacē inferendo ei guer
ram auferens ei vitam inferendo
mortem extrahis eā a nauicula san
ctarum obseruantiarum ordinis et
in mari procelloso suffocari facis eā
nam ipsam inducis ad nauigandū
super brachia sua et non ordinis tu
induis illam omni miseria et cogis
eam inedia cruciari quoniam au
fers ab ea cibum atq; meritum obe
dientie: tu prebes ei continuā ama
ritudinē et eam privas omni dulci
consolatione et omni bono et inducis
eam in omne malum: et in vita p̄sen
ti facis eam arram experiri crucia
torum tormentorum: et si huiusmo
di miser homo se non correxerit an
teq; isti p̄ni soluantur a nauicula
morte mediante infelix hec inobedi
entia conducet animam ad ignem
eternum vna cum demonibus qui
ppter inobedientiam a celo fuerūt

expulsi qz miseri rebelles extiterunt
et in profunduz iuerunt: et ita tu mi
ser inobediens qz fuisti rebellis obe
dientie et huiusmodi clauem obedi
entie cum qua debebas aperire tibi
celi ianuam a te proiecisti cum ino
bedientie clauē tibi tartarum ape
ruisti.

De illorum perfectiōe qui vniūt
in religione tepide quāuis a morta
li peccato se custodiant ac de reme
dio per eos habendo. **Cap. cxiij.**

O flectissima filia quot sunt ho
die qui pascuntur in ista na
uicula cum defectibus multis pro
culdubio quāplurimi sunt intantū
q; valde pauci reperiuntur veraci
ter obedientes: verū est q; inter per
fectos et huiusmodi miserabiles plu
rimi sunt in ordine videntes cōiter
qui neq; perfecti sunt vt expedit et
eē deberent neq; mali qz conseruat
aīam a peccato mortali. **M**orantur
igitur in quadam animi tepiditate
sive negligentia cordis et nisi vitam
suam exerceant virtuose cum ordīs
obseruantia in magno periculo con
sistunt: et ideo necesse est eis habere
magā sollicitudinē: nec ita dormi
tare debent in tali tempore sed a ne
gligentia sua consurgere: quia si re
manerent in ea prouē et apti sunt ad
casum atq; ruiam: et si contingat
eos non cadere pertrāsibūt eā qua
dā humana cōplacencia cum ordi
nis colore colorata studētes ampli

VERTUS.

us exteriores ceremonias observare
quod ipsum ordinem: et aliquando sunt
apti et defectu luminis ut iudicent
illos valde temere qui servant ordi-
nes valde perfectius quam ipsi sed in mi-
nori perfectione ceremonias extero-
res observent quarum ipsi gloriantur
esse multum observantes. Itaque qua-
litercumque considerent est eis valde
notum in obedientia communi per-
manere versus cum tanta tepiditate et
negligentia pertransire cum obedi-
entia: nam valde laborant et cum pena
multa quod frigidum cordis laboriosum
est etiam aliqua levia portare. Ipsi
multum habent laborem cum modico
fructu et offendunt illam perfe-
ctionem ad quam ingressi sunt et obli-
vati sunt observare quamvis mala
minora faciant quam alii de quibus ti-
bi supra narraui: tamen ipsi male fa-
ciunt ex eo quod minime discesserunt a
seculo ut cum clavi generalis obedi-
entiae mandato: um clavi ianuam aperi-
rent imo cum clavi singularis obe-
dientiae consiliorum atque manda-
torum ordinis que clavicula sin-
gularis debet esse ligata cum funi-
culo vilitatis videlicet semet ipsum
vilipendendo qui humilitatis cin-
gulo sit appensus et astringi manu
amoris igniti sicut iam audisti. No-
veris amatissima filia quod isti bene
sunt apti magnam attingere perfe-
ctionem in quantum voluerint exer-
cere se virtuose quia propinquiores
erunt quam alii miseri: sed aliquo mo-
do cum difficultate maiori remouentur
ab imperfectione sua tales tepidi
iuxta gradum suum quod iniqui remo-

neantur ab eorum iniquitate: et est
ibi ratio quoniam iniqui conscientia
demonstrante manifeste cognoscunt
et intelligunt quod male faciunt. unde
si quis eos interrogaret virum male
faciant: responderent: ita. Sed victi
fragilitate sine concupiscentia qua
molestantur videtur quod abstinere
nequeant vel a tali culpa resipisce-
re quamvis hoc non est verum quod cum
auxilio meo possunt egredi si voluerint
nihilominus aperte cognoscunt quod
male faciunt cum qua notitia faci-
lime possunt egredi si placet eis: sed
isti tepidi qui neque notabile malum
agunt nec etiam notabile bonum non
agnoscunt inertiam sine teporem
sui status nec in quanto discrimine
morantur non agnoscunt emendare
se minime curant nec etiam quocumque
curant ut illud eis ostendatur et si
monstratur eis ex tepore cordis in
assuetam longam consuetudinem quoti-
die perseverant alligati. Quis er-
go modus erit ut ab hac sua inher-
entia consurgant. Modus est iste quod ac-
cipiant ligna notitiae suae cum odio
sancto proprie reputationis atque con-
placitiae ac ipsa ligna feruenter in
igne mee caritatis immittant de-
nuo desponsando ac si in ordine tunc
intrarent obedientiae vere sponsam
anulo sanctissime fidei nec ultra
dormiant in tali statu: quia mihi
valde displicet et est eis valde dam-
nosum. Istis namque tepidis valde con-
grue competit illud verbum quod
in apocalypsi scribitur: utinam calidus
vel frigidus esses: sed quia tepidus
es ideo vomere te incipiam ex

Tractatus.

ore meo: videlicet eo modo quo dixi: quia nisi resurgat a tali tepore casurus est: et cadendo iuste reprobaretur a me: potius enim vellem eos esse frigidus in seculo remanendo cum obedientia generali mandatorum que respectu ignis verorum obedientium videtur esse quasi glacies. Ideo dicitur utinam frigidus es: hoc verbis volui tibi declarare ne caderes in errorem existimando: quod ego potius vellem aliquem in frigiditate peccati mortalis esse quam in tepiditate imperfectionis. Non enim velle possum aliquam peccati culpam ex eo: quia in me non est venenum istud: imo tantas habui disciplinatas in homine de peccato quod omnino decreuit: quod absque punitione nullo modo transiret. Et quia non erat idoneus homo per se tollere penam que pro culpa debebatur: unigenitum meum caritate paterna transmissi qui fabricavit eam in corpore suo per obedientiam impositam ab inestimabili bonitate mea. Surgat ergo cum exercitio sancto cum vigilia humiliter deuota: et continua oratione: et attendant ad ordinis observantiam: et inquit in patronis humilis nancule speculetur qui fuerunt homines: ut ipsi eodem modo: nati et lacte nutriti. Et in presenti sum ille deus qui tunc eras: potentia quoque mea non est infirmata: neque mea voluntas in aliquo bono deficit: quia salutem vestram exopto. Neque sapientia mea in exhibendo lumen vobis: ut meam veritatem agnoscatis. Ergo si volunt optime

possunt ambulare cum perfecte obedientibus modo se priuare velint obscura nube proprii amoris: et cum virtuoso lumine oculum intellectus aperiant ad ista consideranda. Igitur isto modo peruenient aliter non.

De excellentia virtutis obedientie: et de bonis que tribuit illis qui realiter eam assumunt.

Capitulum cxxiiij.

Remedium ergo salubre et verum est illud quod obseruat verus obediens in quo iugiter omni die renouatur cum lumine fidei augmentando virtutem obedientie cum humilitate profunda prooptando contumelias: atque veri fides: et quod a suo prelato magnis oneribus quotidie grauetur: ut virtus obedientie vna cum patientia sordore sua non rubiginetur: ut cum expedit eas exercere nullo modo deficiant siue cum difficultate possit eas habere. Et ideo quotidie sancti desiderium pulsat instrumentum: neque frustra tempus elabi permittit de quo iugiter in corde famescit veluti sponsa sollicita que nullatenus vult occiosa manere. O delectabilis obedientia: o suavis obedientia placida: o verum dulcis et illuminatiua obedientia: quoniam amoris proprii tenebras expulisti. Tu virtus obedientie vivificas animam exhibendo sibi v: tam gratie qua te in sponsam elegit: et se ipsam voluntate propria priuauit que mortem infert anime

WERTUS.

atq; quotidie guerram. Tu libera
lis es & valde larga: quia te subijcis
omni rationali creature. Tu beni/
gna es: & valde pia ex eo: quia man/
sue te portas onera graua: quia so/
ciata es cum vera patientia: & in ex/
pugnabili fortitudine tu corona/
ris honorabili corona perseueran/
tie tu minime deficiis ex importuni/
tate prelati: neq; propter onera gra/
ua que tibi sine discretionem pone/
rentur etiam iniuste tu eni; fidei lu/
mine tolleris vniuersa. Tu es adeo
cum humilitate connera: q; nulla
creatura diabolica: vel humana po/
test eam trahere de manu sancti de/
fiderij te possidentis anime. O dul/
cissima filia quid ultra dicemus de
hac excellentissima virtute: vicem
eam esse vnum bonum sine malo
quocunq;. Stat in manu taliter ab/
scossa q; ventus aliquis ei nocere
non potest. Facit animam super oz/
dinis brachia nauigare: atque pre/
lati sui: & non super brachia sua: quia
verus obediens non obligatur mi/
hi reddere rationem de se: immo so/
lummodo prelati cui subditus ex/
istit. Ergo dilectissima filia de tali
virtute gloriosa deberes esse valde
philocapta: & in ea quotidie dele/
ctari. Vis de beneficijs a me rece/
ptis esse grata: sis obediens: na obe/
dientia demonstrat aperte gratitu/
dinem tuam: quia procedit a cari/
tate: ipsa demonstrat: q; non es igno/
rans ex eo q; procedit a noticia mee/
veritatis: in verbo filio meo. Nam
ipse docuit vram obedientie veluti

regulam vestram ex eo q; fuit obe/
diens vsq; ad mortem obprobriosis/
sime crucis. In cuius obedientia q;
celum aperuit est obedientia vo/
bis ex libito fundata: videlicet illa
generalis: & ista particularis sicut e
principio tractatus istius obedi/
entie tibi narraui. hęc obediētia pre/
bet in anima lumen ostendens ip/
sam esse mihi fidelem ac etiam ordi/
ni: & prelati suo. In quo lumine sci/
licet sanctissime fidei sui fuit oblita
non querendo se propter se: quonia;
in obedientia quas acquisiuit in lu/
mine fidei demonstrauit: q; in volu/
tate sua sit omnino mortua ad om/
nem sensum proprium qui sensus car/
nalis: atq; sensitius alia querit: &
non sua. Sicut inobediens qui vult
inuestigare voluntatem eius qui si/
bi precipit: & illam iudicare. secun/
dum intuitum: & iudicium suum te/
nebriosum: & infimum: sed non vo/
luntatem suam peruersam a qua
mortem acquirit. Sed verus obedi/
ens cum lumine fidei iudicat in bo/
num sui prelati voluntatem: ideo
non exquirat voluntatem suam: im/
mo ceruicem humiliter inclinatur: &
cum odore vere & sancte obedientie
nutrit animam suam: & ista pretio/
sa virtus in anima tantum exerescit
quantum in lumine sanctissime fi/
dei dilatat ex eo: quia caritas que
peperit obedientiaz a lumine fidei
procedit. Et cum illo lumine fidei
cu quo talis anima cognoscit semet/
ipsam: atq; mecum eo me diligit: & hu/
liatur: & q;to magis amat se humiliat

Tractatus.

amplius est obediens. Et obedientia cum patientia sorore sua demonstrat aperte utrum anima vestita sit vestimento nuptiali caritatis in veritate cum quo vestimento vitam eternam ingreditur. Obedientia namque celam aperit: et extra postea remanet: et ipsa caritas que clauem istam exhibuit introgreditur afferendo secum obedientie fructum: alie quippe virtutes: ut iam dixi remanent extra et sola caritas ingreditur. Sed appropriatur obedientie quod est illa clavis qua celum aperitur ex eo quod cum inobedientia primi parentis. Ad clausum extitit et cum obedientia fidelis imaculati: et humilis agni filij mei fuit aperta ianua vite durabilis que tanto tempore clausa fuerat.

Diffinitio duarum obedientiarum una religiosorum alia que premititur extra religionem alicui persone.

Cap. clxiiij.

Senti iam audisti carissima filia unigenitus filij meo obedientiam vobis dereliquit veluti clauem cum qua possitis aperire celum: et sic ad finem vestrum optabilem attingere. Ipse vobis eam ex precepto dimisit in obedientia generali. Si vero populus ad magnam ascendere perfectionem ipse consulit per portellum ordinis autum ingredi: ut supradictum est. Sunt etiam aliqui non intrantes ordinem et nihilominus in nauicula perfectionis existunt. Illi quippe sunt qui consilia bene seruant extra ordinem ap-

probatum. Sponte refutantes diuitias: atque mundi pompas actualiter: atque mentaliter cum odorifera continentia virginali: vel aliter licet virginitate privati sint: ipsi perfecte seruant obedientiam alicui creature se subiuciendo cui perfecte conantur: usque ad mortem obedire. Et si me interrogas quis est meriti maioris: an ille qui stat in religione: vel illi de quibus in presenti vico: respondeo quod meritum obedientie non mensuratur in actu: nec in loco: nec in eo qui magis est bonus: vel prauus: nec in seculari magis quam in religioso: immo secundum mensuram amoris quam habet obediens: et secundum istam mensuram remetitur ei premium. Imperfectio vero prelati nullum omnino detrimentum insert illi qui verus est obediens: immo frequentissime predest ei: quod pro persecutionem iniuste habitam: et pro indiscretas reprehensiones et onera graua que quicquam tollerantur ab indiscreto prelati acquirunt: et augmentat in se virtutem obedientie: et patientie sororis eius: neque locus ei nocet imperfectus. Dico imperfectum quod religio status est firmitior: atque tutior quam alij status. Et ideo imperfectus tibi pono locum istorum qui per paruum clauem obedientie preter et extra ordinem obseruant consilia. Sed non imperfectum dico sine minoris meriti eorum obedientiam: quam omnis obedientia sicut iam dixi: et alia quicquam virtus mensuratur cum amoris mensura. Tamen est verum: quod in quibus pluribus rebus valet amplius homo in religione consistere tamen pro voto quod in manu sui prelati facit tunc

Sextus.

qz plura tollerare cōpellitur: z effi-
catus obedientia pbatur in ordi-
ne q̄ extra tñ quoniam ex quolibet
actu corporeo est obligatus hñc in-
go: neq; solvere se pōt: quando vult
absq; culpa peccati mortalis ex eo
q̄ ordo ē approbat⁹ ab ecclesia san-
cta: z propter votum emissus. In ali-
is vero non est ita: qz voluntarie se
ligauerunt ex amore quem ad obe-
dientiam habent: sed non cuz voto
solent. Unde sine culpa peccati mor-
talis eis liceret ab obedientia crea-
ture talis discedere si legitimam ha-
berent occasionem: z non ex proprio
defectu suo procederet. Si vero di-
scederent ex proprio defectu suo nō
esset: hoc absq; graui culpa non ta-
men discessus ille proprie peccatum
mortale importaret. Nosti quantuz
interest inter vnum: z alium: quan-
tum ab illo qui t: lit alienum ad il-
lum qui primo dedit aliquid: z po-
stea repetit quod ex amore donauit
cum intentione non repetendi
licet ex illo non fuerit aliquid in-
strumentum publice confectum nā
aliis donauit: z confectum est pu-
blicum instrumentum: vnde renun-
ciauit in manu prelati sibi metip̄
mittens obedientiam continentiaz
z paupertatem voluntariam. Pre-
latus vero promittit ei vitam eter-
nam in quantum obseruet ea que p-
mittit. Itaq; p̄culdubio in obser-
uantia loco: z modo perfectior est il-
la: ista vero minus perfecta. Illa tu-
tior est: qz si quis ibi ruat aptior est
ad surgenduz: quia cum maiori sub-
sidio se reperit: hec autem est magis

dubia: z valde minus tuta: quia si
cecidit est i maiori periculo ne re-
trocedat: quia sentit se non esse liga-
tū: imo solutū qz si fecit i p̄fessioe vo-
tuz prout accidit in religioso qui an-
te professionem ab ordine discedere
potest postea vero non: meritum au-
tem vtriq; mensuratur: vt tam dixi
secundum mensuram amoris quaz
habet verus obediens: vt vnusquis/
que in quo statu fuerit valeat h̄ere
perfecte merituz: quia solummodo
posituz est in amoris mensura. Ego
differenter homines voco aliquem
in vno statu: z alium etiam in alio
prout apti sunt in se recipi: s; vnus
quisq; premiatur s̄m amoris mensu-
raz: quia si secularis amat amplius
q̄ religiosus a me plus accipit z ecō-
uerso z ita deceteris.

Quomodo deus non secundum
laborem obedientie premiatur: neq; se-
cundum longitudinem temporis: i-
mo secundum magnitudinem caritatis:
atq; de promptitudine veroz
obedientium. Cap. clv.

Omnēs vos p̄dixi: vt labora-
retis i vinea obediētie diuer-
sis modis: z oibus ipendet p̄tū s̄m
amoris mēsurā: z nō s̄m opera: neq;
mēsurā t̄pis: v; vt amplius h̄eat il-
le qui tēpestiue venit q̄ ille qui tar-
de sicut in euāgelio p̄tinet vbi mea
veritas dicit similitudinē eoz qui
conducti fuerunt ad vineam exco-
lendā: z q̄ tantuz habuit ille qui
venit ad opus ora. xi. quantum ille
qui venit hora p̄ma siue tertia: ve-

Tractatus.

ix. Vultu igitur ostendere veritas
mea: quod estis in celo remunerati non
iuxta tempus vel opus: sed iuxta me-
suram amoris: unde multi vocati sunt
ad opus huius vinee in pueritia qui-
dam in iuuentute quidam in sene-
ctute: et aliquando senex cum tanto
amoris igne ad hanc vineam ibit: et
considerabit habere temporis bre-
uitatem quod attinget ad illos qui vo-
cati sunt in pueritia: quod negligenter
ambulauerunt. Igitur in amore obe-
dientie recipit anima premium suum
et ibi vas suum impletur in me mari
pacifico multi vero sunt qui habent
obedientiam istam: ita promptam:
et tantum in anima sua tenent inser-
tam et incarnatam: quod non solum mo-
do ipsi non volent inuestigare ratio-
nem quare sic a prelato suo precipi-
tur: imo vix expectant quod verbum egre-
diatur ab ore suo: quod cum lumine fi-
dei vident et intelligunt intentionem
prelatis quam illico iuxta posse per-
ficiunt. Unde verus obediens am-
plius attendit: et obedire conatur
intentioni prelati sui quam verbo sem-
per iudicando voluntatem prelati
suo secundum meam voluntatem
et quod per meam dispensationem: et vo-
luntatem: ita precipiat ei: et ideo dixi
tibi quod potius obediebat intentioni quam
verbo. Ex hoc enim est obediens ver-
bo: quod prius obediuit cum affectu sue
voluntati: et intentioni videndo cum
lumine fidei: et iudicando volunta-
tem eius in me hoc aperte demon-
stravit ille de quo legitur in vitis
patrum: quod prius obediebat cum af-
fectu: qui cum ab abbate suo fuisset

vocatus: et incepisset vnum o. scribere
re quod est ita parua res illico pro-
ptus ad obedientiam imperfectam
dereliquit: nec tantam distationem
sibi dedit: ut ad perfectum adduce-
ret. Ut igitur in signum apertum
videretur quantum: hoc mihi gra-
tium extiterat ipsa clementia mea me
dictatem aliam auro perfecit. Ista
gloriosa virtus intantum est mihi
grata quod nulla virtus est in qua tot
miraculorum signa sine testimonia
data sint a me sicut in ea. Quoniam
ipsa procedit a lumine fidei: et ut a-
te cognoscant homines quantum in
ea complacentiam habeam: Terra
obediens est isti virtuti ac etiam ani-
malia sunt illi subdita a qua subste-
tat obedientem. Terra dixi est obe-
diens obediens: sed sicut in vitis pa-
trum aliquando legitur de abbate
qui obedienti viscipulo tribuit vnum
aridum lignum iniungendo sibi per
obedientiam quod illud in terra plan-
taret: et iugiter adaquaret: usque quo
fructum ex se produceret: ipse autem
obediens cum lumine fidei non he-
sitavit: nec ait quomodo possibile fo-
ret: imo perfecit obedientiam ulterius
inuestigare declinans intantum
quod per virtutem obedientie pariter
et fidei lignum aridum viride factum
est: et ita fructum ex se produxit in si-
gnum quod illius anima demonstraba-
tur: et erat priuata siccitate cuiusli-
bet in obedientie: atque viridis effe-
cta fructus obedientie germinabat
unde fructus illius ligni vocabatur
a sanctis patribus obedientie fru-
ctus. Si attendas etiam animalia

Sextus.

modo simili obedienti subijciuntur
Unde discipulus ille et ex obedientia missus ex puritate et obedientia sua cepit: atque ligavit unam draconem et adduxit illam ad eius abbatem. Sed abbas tanquam verus medicus ne forte discipulus impelleret ab aliquo vento vaneglorie: et ut enim in virtute humilitatis: atque patientie probaret expulit eum a se dicens cum inproperio: quia tu es una bestia durissima ligatam aliam bestiam. Etiam si consideres ignem hoc idem agit. Unde tu legis in sacra pagina: quod multi nolentes obedientiam meam transgredi miscebantur in ignem: et ipsi patientissime sponte tollerabant: et ignis: vel in minimo non nocebat eis: prout accidit tribus pueris qui in camino ignis stabant illesi ab igne quod de quibus pluribus narrare posset. Aliqua sustentavit maurus a benedicto abbate missum: ut adiuuaret discipulum alium qui suffocabatur in lacu. Ipse vero de se minime cogitavit: sed cum lumine fidei solum modo cogitavit obedientiam sui prelati perficere quare super aquas ambulabat: ut per aridam: et ita condiscipulum extraxit a lacu: et a morte liberavit. Et in effectu si aperias oculum intellectus in omnibus inuenies excellentiam huius virtutis esse commendatam omnia debent committi propter obedientiam. Unde si tu es in tanta contemplatione ac unione mentis eleuata: quod etiam corpus a terra suspenderetur in altum propter obedientie preceptum iuxta posse debes obedientiam executioni mandare.

dat loquendo generaliter: et non particulari: quia singulare privilegium non ordinat legem vniuersalem. Diligenter etiam attende quod ab oratione congruo tempore surgere non debet: nisi compellente necessitate: caritate: vel obedientia: et dico tibi sic ut intelligas: et agnoscas quantum ego volo quod prompta sit in seruis meis: et quantum ipsam habeo gratas. Omnia que facit obediens ad meritum eius accedunt. Si comedit ex obedientia comedit: si dormit cum obedientia dormit: si cum obedientia vadit si stat cum obedientia consistit: si scinnat cum obedientia si vigilat cum obedientia si proximo seruit obedientiam facit: si est in choro: vel in refectorio: vel in cella quis cum illuc adducit sine stare facit? Obedientia cum lumine sanctissime fidei cum quo lumine semetipsum ita etauit veluti mortuum ad omnem propriam voluntatem humiliter in brachijs ordinis: atque prelati sui. Cuius hac obedientia requiescens in tutissima nauis dum se sponte perducere permisit a prelato suo nauigauit in mari procelloso vite presentis cum felici prosperitate cum mente serena et tranquillitate cordis ex eo quod cum obedientia priuauit eum: cum vana fide quibuscumque tenebris: ipse proculdubio fortis: atque securus est: quia si priuauit: et abstulit a se quancumque dubietatem: et inutilem timorem renunciando: videlicet voluntati proprie: unde procedit ipsa dubietas atque timor inordinatus. Sed hec obedientia sponsa veneranda

Tractatus.

quod comedit siue bibit? Quotidie comedit agnitionem sui siue mei. Aperte namque cognoscit et intelligit se per se non esse: et suum defectum: et me qui sum ille qui sum ac gustat et comedit meam veritatem: quam intelligit in verbo meo pro vobis incarnato. Bibit vero sanguinem in quo sanguine verbum ostendit ei meam veritatem: et amorem ineffabilem quem ad eum habeo. In ipso sanguine demonstrat obedientiam suam perfectam a me patre suo impositam ei pro vobis: et ideo se totaliter inebriat. Postquam autem ebria sanguine simul: et obedientia verbi se perdit ex toto cum omni contentia sui possidendo me per gratiam gustando me per affectus amoris cum lumine fidei: et obedientia sancta. Omnis vita sua pacem ei dat et in morte postea recipit illud quod in sua professione fuit ei promissum a suo prelato: videlicet vitam eternam que visio pacis est: et eterna tranquillitas: atque felicissima quies bonum inestimabile: quia nullus illud estimare potest: neque comprehendere quantum est: quoniam est infinitum. Arce namque minori nullo modo comprehendere potest hoc infinitum et inestimabile bonum: nisi tanquam vas quod immensum est in mari quod non comprehendit in se uniuersum mare: sed solum illam quantitatem quam in se continet. Solummodo mare semetipsum comprehendit. Et sic mare pacificum sum ille solus qui me comprehendit: et estimo: et ita de mea comprehensione: et

estimatione solum in memetipso gaudens exulto. Quod utique gaudium atque bonum quod habeo in me participo in vobis: et unicuique secundum suam capacitatem: et mensuram. Omnes impleo perfecta beatitudine: nec aliquam mensuram: ibi teneo vacuum: sed omnes agnoscunt: et intelligunt de bonitate mea quantum ego tribuo comprehendendum iuxta merita sua. Ergo verus obediens cum lumine fidei vere combustus in fornace caritatis humilitate perunctus precioso sanguine sicut iam viri totaliter inebriatus cum sorore patientia: atque vilitate semetipsum vilipendendo cum fortitudine: atque longa perseverantia: et cum alijs virtutibus: hoc est fructibus aliarum virtutum habuit: et in se recepit optabilem: atque felicissimum finem eius a me creatore suo.

Hec est una repetitio in summa quasi totius libri presentis.

Capit. clxvi.

Quando dilectissima et carissima filia satis egi desiderio tuo a principio sermonis mei: usque ad ultimum finem quem feci loquens de obedientia: nam si bene recordaris petisti a me cum anxietate desiderium sicut ego te egi petere: ut ignem in te crescere facerem caritatis: tu in quas petuisti quattuor petitiones quarum una fuit pro te ipsa cui satis feci illuminando te lumine veritatis mee ostendendo tibi: quod mediante fidei lumine cum cognitione tui: et

Sextus.

nici per modum quem ego tibi de-
claravi tu veniebas ad noticiam
veritatis. Secunda petitio tua fuit
q̄ ego facerem mundo misericordi-
am. Tertia vero petitio fuit pro cor-
pore mistico ecclesie sancte mee ro-
gādo me q̄ auferrem tenebras ab
ea & persecutiones quas in presenti
patitur. Et petebas q̄ ego punirem
iniquitates malorum super te: hinc
ego declaravi tibi q̄ nulla pena si-
nita sine data tempore finito ex se-
metipsa sola satisfacere potest p̄ cul-
pa commissā contra me qui sum in-
finitum bonum: sed bene satisfacit i
quantum fuerit vnita cum contri-
tione cordis & anime desiderio: mo-
dum vero qualiter satisfacio decla-
raui tibi ad hoc etiam respondi tibi
q̄ ego volo facere mundo misericor-
diam ostendendo tibi q̄ mihi mise-
rerī proprius est. Unde propter mi-
sericordiam: & inestimabilem amo-
rem quem gerebam ad hominem
misi vnigenitum filium & verbum
meum quod vt apertius tibi demō-
strarem assimilaui vni ponti qui at-
tingit a celo vsq; ad terras: & hoc ex
vniōne q̄ facta fuit in ipso: iter hu-
manaz & diuinam naturam. Item
vt amplius te lumine mee verita-
tis illustrarem ostendi tibi qualiter
ad istum pontem ascendeatur per
tres gradus idest cum tribus ani-
me potentis. Itē de isto verbo pon-
te tibi monstrando feci figuram ali-
am in corpore suo figurando tres il-
los gradus: vt optime nosti. Pri-
mum scilicet in pedibus secundum
in latere: vel in costa perforata ter-

tiuz in ore in quibus posui tres ani-
me status: videlicet statum imper-
fectum perfectum: & perfectissimum
in quo realiter attingit: & peruenit
ad excellentiam intimi amoris ostē-
dendo tibi patēter in quolibet quid
est illud quod aufert imperfectio-
nem: & per quam viam itur ad eam.
Et de occultis deceptionibus demo-
num dixi: & de proprio amore spiri-
tualit: etiam tibi loquendo de repre-
hensionibus in tribus istis statibus
quas mea clemētia facit. Et primā
reprehensionem posui quam facit
hominibus in vita priusquā a cor-
pore discedant secundam in morte
quantum ad illos qui moriuntur i
peccato mortali de quibus ego po-
sui tibi q̄ ibant sub ponte per viam
diaboli narrando tibi miseras eo-
rum. Tertiam vero reprehensionē
quam faciet in generali iudicio ali-
qua tibi narrando de penis damna-
torum: atq; de gloria beatorum cui
vnusquisq; dotem sui corporis acce-
perit. Item promisi tibi: & promit-
to: q̄ cum multa sufferentia seruo-
rum meorum reformabo sponsam:
& ecclesiam meaz inuitando vos ad
huiusmodi tollerantiam conquerē-
do tecuz de iniquitatibus ministro-
rum impiorum: & ostendēdo tibi pa-
riter in quanta ipsos excellētia po-
sui: atque reuerentia quam ego re-
quiro & volo q̄ seculares eis exhibe-
ant. Et ostendendo tibi quomodo p̄
defectus ipsorum: vel excessus reue-
rētia circa illos nullo modo minui
debet & quantum habeo molestū: &
est mihi contrariuz: q̄ sit oppositū

Tractatus.

Fuit quodam locutus de virtute illorum qui sicut angeli viuunt tangendo simul cum hoc aliqua de venerandi sacramenti altaris excellentia. Item quia loquendo de dictis tribus statibus anime voluisti scire de statibus lachrymarum et unde procedunt ordinate narraui tibi concordando status anime cum statibus lachrymarum. Dixi namque tibi quod vniuersae lachryme de fonte cordis egrediuntur seriose tibi causas huius assignando atque de quatuor statibus lachrymarum. Insuper et de quinto statu qui generat mortem aperte tibi narraui. Et quare petitioni tue respondi qua me rogasti quod prouiderem in quodam casu particulari quod contigerat: et ego prouidi sicut optime nosti. Super his omnibus declarauit et differui tibi de prouidentia mea tam in genere quam in specie incipiendo a principio creationis usque ad finem mundi: et qualiter omnia feci et facio cum prouidentia summa et diuina dando siue permittendo vobis omnia. scilicet consolationes atque tribulationes spirituales vel temporales propter bonum vestrum ut in me sanctificati sitis et veritas mea perficiatur in vobis. Veritas namque mea fuit et est ista quia creauit vos ut haberetis vitam eternam quam vtiq; veritatez vobis cum sanguine verbi unigeniti filii mei patefecit. Item vltimo satisfeci desiderio tuo atque promissioni quam ego feci tibi narrando videlicet de perfectione obedientie atque de imperfectione obedientie et unde procedit et quid est. Ad quod vo-

bis auferit obedientiam. Nam eam exposui pro quadam clauis generali et sic est et tibi narraui de particulari. Et de perfectis atque imperfectis tam in religione quam extra religionem de quolibet aperte loquendo distincte et de pace quam exhibet obedientia et de guerra quam irrogat inobedientia et quantum inobediens decipit seipsum addendo atque declarando quod per inobedientiam Adde mors venit in mundum. Nunc ego pater eternus summa et eterna veritas concludo patenter vos ex obedientia in carnati verbi videlicet unigeniti filii mei vitam eternam obtinere. et quod sicut omnes a primo veteri homine videlicet Adam contraxistis interitum atque mortem sic omnes qui volunt obedientie clauem ferre contraerunt vitam ab homine nono videlicet iesu christo dulcissimo filio meo de quo vobis feci portam postquam via celi facta fuit ut transire possitis illesi per istam vuluam atque rectam viam: que est vna lucida et rectissima veritas cum clauis salubris obedientie et ita transitis illesi per tenebras vite presentis: et vltimo cum clauis verbi mei celum inuenitis vobis apertum. Modo te cum ceteris amicis et seruis meis inuito ad festum quia cum festo et oratione continua et humili mundo volo facere misericordiam. Erras ergo mortua per hanc viam veritatis et postea minime reprehenderis de mortu lento quia plus a te requiramus nunc quam antea postquam tibi manifestaui meipsum in veritate mea. Et

Sextus.

Omnino caue ne vnquā egrediaris a cella notitię siue cognitionis tue sed in ipsa conserues & expēdas thesaurum a me tibi traditum: qui thesaurus est vna doctrina veritatis fundata super firma petra viua videlicet vnigenito filio meo christo dulci iesu: que doctrina vestita ē sanctissima luce per quam tenebre destruuntur. Ipsa igitur induaris in veritate filia mea dulcis & amantissima.

Quomodo hec anima deuotissima deo valde regratiatur & orationem effundit affectuosam pro sancta ecclesia & vniuerso mundo & virtutē fidei cōmendās imponit finē huic operi. Cap. clxviij.

Tunc hec anima deuotissima postquā viderat cum intellectu oculo & mediante lumine sanctissime fidei cognouerat veritatem & excellentiam virtutis obedientie ac ipsam recto sensu percepisset & ipsam affectu degustasset cū ineffabili desiderio specularando semetipsam in diuina maiestate gratias referebat & ait. Gratias tibi pater eterne quia non desperisti me tuam facturam: nec auertisti faciem tuam a me neque contempsisti desideria mea. Tu namque lux non attendisti tenebras meas: tu vita non attendisti mortem meam: neque tu medice vllipendisti grauem infirmitatem meam. Tu puritas eterna non desperisti me in se plenam atque miseris infinitis. tu

infinite me infinitas. Tu sapientia summa: me stultam: propter hec & alia mala plurima & defectus innumeros qui sunt in me non contempsisti me neque me spreuit bonitas tua: sapientia tua: clementia tua: bonum tuum infinitum & inertimabile. Sed in lumine tuo mihi lumen exhibuisti in sapientia tua cognoui veritatem in clementia tua inueni caritatem tuam atque dilectionem proximi. Quis ergo te coegit ad hec? Non aliqua mea virtus in me solum tua paterna caritas. Sic igitur idem amor te compellat ad illuminandum oculum intellectus mei lumine fidei vt intelligam & agnoscam veritatem tuam mihi patefaciam. Da mihi domine vt memoria mea inueniatur capax ad retinendum beneficia tua. Voluntas ardeat igne dulcissime tue caritatis qui sanctus ignis faciat corpus meum effundere sanguinem datum amore sanguinis & me cum clauis salutaris obedientie portam celi aperire. Istud idem exoptulo pro qualibet creatura rationali tam in generali quam in particulari & pro corpore mistico sancte matris ecclesie. Ego fateor & non nego quia tu dilexisti me priusquam essem & quia amas hominem ita quod assimilaris quodammodo illi quod ex amore nimio infatuat. O veritas eterna. O eterna trinitas que per vnionem diuine nature fecisti tantum valere precium sanguinis vnigeniti filii tui. Tu trinitas eterna es quoddam mare profundum: in quo quanto

Tractatus.

plus quero plus inuenio: et quanto plus iucio plus quero te. Tu quod dāmodo insatiabiliter aīam satias: quoniam in abisso tua ita facias aīam quod semper remanet esuriens atque famelica te trinitas eterna peroptas desideransque te videre lumē in lumine tuo. Sicut ceruus desiderat fontē aque vīc: ita desiderat aīa mea corpus istud egredi tenebrosū et in veritate videre te sicuti es. **O** quod diu erit abscondita facies tua ab oculis meis. **O** trinitas eterna ignis atque caritatis abissus amodo dissolue nubem huius mei corporis quia cognitio quā dedisti mihi de te in tua veritate artat et valde me cogit optare de positionē grauedinis huius corpore atque reddat anīdā ad exhibendam vitam hanc ad laudē et gloriam nominis tui: quod gustauit et vidi cū lumine intellectus in lumine tuo abissum tuā eterna trinitas atque pulchritudinem creature tue: propter quod intueō me ipsam in te vidi me fore tuam imaginem: donante videlicet mihi te pater eterne de potentia tua et de sapientia tua intellectu que sapientia vnigenito tuo est appropriata. Spūs vero sanctus qui procedit a te patre et a filio tuo dedit mihi voluntate per quā me facit aptam ad amandum. Nā tu trinitas eterna factus es et ego factura: vnde cognoui te illuminante in recreatione quā de me fecisti per sanguinem vnigeniti filij tui quod philocaptus es de pulchritudine facture tue. **O** abissus. **O** trinitas eterna **O** veritas: **O** mare profundum: et quid

maius mihi dare poteris quod te ipsum. Tu es ignis qui semper ardes et non consumis. tu es qui consumis calore tuo quęcunque propriū amoris anime. Tu es iterum ignis qui tollis omnem frigiditatem et illuminas mentes lumine tuo cum quo lumē fecisti me cognoscere veritatē tuam. tu es illud lumen super oē lumē quod vas intellectus oculo supernaturale lumen in tanta perfectione et habundantia quod etiam lumē fidei per ipsius magis clarificatur in qua fide video meam animā habere vitam et in isto lumine recipit in se te lumen. Nā in lumine fidei acquirō sapientiam in sapientia verbi filij tui in lumine efficio: fortis et constans atque perseuerans in lumine fidei acquirō spem quod non permittes me in via deficere. Itē istud lumen docet me viam per quam ambulem et sine isto lumine in tenebris ambulare. Et ideo petiui pater eterne quod tu illuminares me lumine sanctissime fidei. Vere lumē istud est vnum mare quod nutrit animam quousque tota fit in te. **O** mare pacificum trinitas eterna huius maris aqua non est turbida et ideo non exhibet aliquem timorem: imo dat notitiam veritatis: hec est aqua clarissima et res ocultas aperte manifestat. vnde vbi habundat lucidissimum lumē fidei tue anima quasi clarificatur de eo quod credit. Hec est speculum secundum quod tu trinitas eterna me cognoscere facis: quod vni amoris manu teneatur corā oculis anime mee representat me in te que sum creatura tua.

Sextus:

In huius lumine speculi represen-
tatur mihi atq; cognosco te summū
bonum: bonum super omne bonū:
bonum felix: bonum incomprensibi-
le: bonum inestimabile: pu chritu-
dinem super omnem pulchritudi-
nem: sapientiam super omnem sapi-
entiam: quia tu es ipsa sapientia: tu
cibus angelorum cum igne carita-
tis te dedisti hominibus. Tu vesti-
mentum cōspiciens nuditatē me-
am pascis nos famelicos tua dulce-
dine quia dulcis es absq; amaritu-
dinē quacūq;. O trinitas eterna in
tuo lumine quod mihi dedisti et re-
cipi mediante lumine fidei san-
ctissime cognoui te declarante per
multas et admirabiles declaratio-
nes vias magne perfectionis vt cū
lumine et non cum tenebris amodo
tibi seruias atq; sim speculum vite
sancte: et ita resurgam a miserabili
vita mea qua semp in tenebris huc
tusq; tibi seruiui. Non enim agnoui
veritatem tuam et ideo non amant
eā: sed quare te non agnoui: quia
te nō vidi. Quare vero te non vidi
cum lumine sanctissime atq; glorio-
se fidei: quia nebule proprii amoris
obfuscant oculum intellectus mei.
Sed tu veritas eterna dissoluisti cū
lumine tuo tenebras meas. Et quis
poterit altitudinē tuam attingere
et tibi referre gratias de tam immē-
so dono et de tam amplis beneficijs
que mihi concessisti: atq; de doctri-
na veritatis quam mihi nunc exhibi-
uisti: Que quippe doctrina est vna
gratia particularis ultra gratiam
generalem quam das alijs creatu-

ris. Voluisti nāq; condescendere ne-
cessitati mee ac aliarum creatura-
rum que in futurum tanq; in specu-
lo in ea respiciendo speculari desi-
derabunt. Tu ergo domine pro me
tibi metui: si respondeas. Tu qui de-
disti satis actas atq; respondeas pro
vatis infundendo videlicet in me
lumen vnum gratie vt cum ipso lu-
mine tibi gratias referas vesti me
et fac vt induam te veritatem eter-
nam vt ego curam hanc vitā vtiq;
mortalem cum vera obedientia et
cum lumine sanctissime fidei de quo lu-
mine videtur q; animam meam
de nouo nunc inebries.

Deo gratias Amen.

Hic incipiunt quedā orationes
 de multis per beatā Caterinam de
 Senis sororem de pñia beati Domini
 ci fundatoris ordinis fratrum predi-
 catorum solēniter canonizatum per
 summū pōtifice Idum secūdū: dū
 ipsa esset in abstractione a sensibus
 facte. Et a quibusdam de verbo ad
 verbum prout in suo vulgari ab ipsa
 virgine sacra proferebantur in lati-
 num collecte. Quartū orationū ipsa
 plures fecit cum esset in auinione.
 de quibus hic in principio due ha-
 bent. Plures fecit i Janua de qui-
 bus pñr hētur hic vna. Quāplures
 ē fecit in Roma ab anno domini.
 Mccclxxvij. vsq; ad annū domini.
 Mccc.lxxx. in quo anno ibidē mi-
 granit ad celū die penultima men-
 sis aprilis. De quib⁹ orationib⁹ Ro-
 me factis consequēter hic habetur
 aliq; v; numero. xvij. De oratio-
 nib⁹ autē suis quasi innumeris quas
 fecit in Senis: in Florentia: in Pī-
 sis: et in multis alijs italic locis mō
 cōsimili nulla hic habetur.

Oratio ipsius beatissime virgins
 facta Auinioni pro statu ecclesie tē-
 pore rebellionis terrarum dicte ec-
 clesie.

Deitas deitas: inef-
 fabilis deitas. O sū-
 ma bonitas: q̄ solo
 amore fecisti nos ad
 imaginē et similitudi-
 nē tuā nō dicēdo fiat
 qñ creasti hoies sicut cū fecisti cete-

ras creaturas: s; dicēdo faciam⁹
 minē ad imaginē et similitudinē no-
 strā amor ineffabilis: vt in hoc tota
 trinitas pñtiret: et dedisti ei formā
 ipsius trinitatis in potētis anime.
 Memoriam in formā tui pater eterne
 qui sicut oīa cōseruas i te: ita ipsa re-
 tinet et cōseruat quicquid intellectus
 videt et itelligit de te: et dū id cogno-
 scit participat sapiētiam vniuersitū
 tui. Dedisti et homini volūtātē spi-
 ritus sancti: q̄ quasi man⁹ plena tuo
 amore lenans se capit quicquid in-
 tellectus noscit de tua ineffabili bo-
 nitate: et implet memoriā et affectū de
 te de quo gratias ago tibi ppter in-
 finitū amorē hui⁹ mūdi quē ostēdi-
 sti: donādo nobis intellectum pro co-
 gnoscēdo te: memoriā pro cōseruan-
 do te in se: et volūtātē et amorem pro
 diligēdo te sup oīa sicut rōnabile ē
 et tāte ptātis: vt amorē hūc neq; de-
 mon: nec alia creatura in se rōnē ha-
 bens possit nobis auferre inuitis.
 Pūdeat itaq; hominē vidēdo tan-
 tū se a te diligi nō amare factorē su-
 um cui⁹ viuere semper in te est. O
 eterna bonitas in te video q̄ p dīctū
 pp nostrā fragilitatē cecidim⁹ in pū-
 tredinē peccatorum in obediēte tū-
 bi primo patre constrinxit te amor
 apire oculū pietatis tue mittēdo no-
 bis miseris filiū tuū verbū incarna-
 tum velatū nostra misera carne: no-
 stra mortalitate vestitū: deū verum
 et vñm iesus xpm reconciliatorem:
 informatorem: et redēptorē nostrū.
 Et q̄ tu dulce verbū iesus amor pā-
 tris mediator factus es guerre no-
 stre cum creatorē nostro faciēs ma-

Grā pacem pūiciens inobedientia 3:
z iniquitates nostras super sanctissi
mū corpus tuū factus obediēs vsq;
ad opprobriōsam mortē crucis.

Satisfaciens simul iniurie patris
tui z culpe nostre vindicādo eā sup
temetipso. Peccauī dñe miserere
mei quocūq; cōsiderādo me p̄to re
perio amorē icōprehensibile ex te bo
ne iesu de^o me^o ad creaturam forme
tue: vñ excusabilis nō ē si te nō dili
gat. Nā tu de^o z hō absq; hoc vt te
diligere cū nō essem amasti z fecisti
me capacem notitiē z infinite potē
tiē z bonitatis tue. Et quicquid vō
lo diligere qd hēat in se eē rep̄o in
te. peccatū aut qd nō hēt sed priuat
eē nō cadit in te. Et id dignū ē odio
nō amore: si velim^o deū diligere vt
tenemur. Viderem^o in te tuā inesti
mabilem deitatem: q; si hominē: tu ho
mo es indicibilis puritatis: z si veli
mus ad deū dirigere zelsū. Tu solui
sti ppriū sanguinem redēptiōis no
stre iestimabile pretiū eripiēdo nos
de fuitute peccati. Tu es itaq; dñs
fuisisti pater: frater: magister: amicus
z socius noster: cōuersando nobiscū
ex benignitate z insuperabili carita
te tua. O eterna deitas quid tibi ex
his gratū ego misera creatura retrī
buā: cū summe sapientie z infinite
potētiē z bonitatis existas. Tu pul
chritudo purissima: ego putridissi
ma creatura. Ego mors: tu vita p̄hē
ntis. Tu lux: ego tenebre. Tu sapien
tia ego stultitia. Tu infinitus ego ca
ducaq; omni die fini proximo. Tu
medicus ego infirma z fragilis pec
catriz que perdēdo me z tēpus mei

decursum inuisibiliter extra te nunquā
dilexisse te video: qui traxisti nos
ad te z semp ad te per gratiā retra
his si pmittimus z nostra voluntas
tue maiestati sanctissime non rebel
let. Deu me peccauī dñe misere
mei: ne respicias eterna bonitas ad
nras miseras q̄s ex nobisip̄is p̄tra
xim^o recedēdo ab infinita bonitate
tua z aīas nostras a suo obiecto pro
prio remouēdo: sed oro p tuā miseri
cordiā q̄ sine fine ē: ap̄i oculū tue sū
me clemētiē z pietatis z respice ad
vnicā sponsam tuā aperiēs oculum
vicarij tui in terris vt non amet te
propter se: nec se pp se: sed pot^o te z
se pp te diligat: q; dñs amat te vel se
pp se p̄imus q; ipse vita z mors nra
mors. s. Inquātū sollicitus nō ē recu
perare nos onēs pditas. S; si amet
te z se pp te viuim^o dñs a bono pasto
re creplū vite recipim^o. o summa z
ineffabilis deitas peccauī z nō sum
digna orare ad te: sed tu potes face
re me dignam. Punitas itaq; vo
mine deus meus peccata mea z ne
respicias miseriam meam vnus cor
pus a te habeo quod tibi reddo z
offero. Ecce carnem: ecce sanguinē
dissumatur: destruatur. Sciūdan
tur etiam z triturentur ossa cuz me
dullis meis: pro vicario ipso sponso
vnico sponse tue: z alijs pro quibus
oro si fuerit in voluntate tua: pro
quo vicario humiliter deprecor: erā
diti: vt tuam voluntatem aspiciat:
amet z faciat ne pcream^o. Da ei cor
nouum deus vt semper crescat i gra
tia tua: z sit fortis in erigendo vexil
lū scissime crucis faciēdo nos gratie

participes et fideles sicut participa-
mus et nos fructus salutis passionis
et sparsi sanguis tui unigeniti agni
sine macula. **Peccani** domine eterna
veritas miserere mei Amen.

Oratione eiusdem pro ministris ecclesie,
ij

Quoniam confiteor eterna veritas te ma-
re tranquillum esse in quo velut pi-
scis nutritur anima ex te ipso: quod vix re-
quiescit in te per affectum et unionem
amoris confirmando velle altissime et
eternae voluntatis tue quae a nobis vult
tamen sanctificationem nostram. et ideo anima
hoc respiciens et suam se expoliat tuam
tamen induit voluntatem. Et hoc videtur
esse optimum signum in te manentium si
exuti voluntate propria et creaturarum
peccantium velle tuum: tunc non ipsorum modo
sequantur et ex prosperis mundi non gau-
deant: sed potius in adversis quae iter te
et ipsos media sunt: ut sicut ignis au-
rum ita ipsa probent an iudicent ipsi secundum
voluntatem tuam more amantium tantummodo.
Et ideo adversa huiusmodi a matrem sunt
sicut cetera a te creata quae omnia bona
sunt et diligit digna excepto pec-
cato quod a te non est: sed ego misera dil-
gendo peccatum semper perdidit tempus vi-
vini obsequium. **Peccani** domine misere-
re mei. **Domine** peccata mea et
iniquitates meas auerte. **Purifica**
me eterna et ineffabilis veritas et exan-
di suam tuam orationem ad te ut dirigas in
te corda et voluntates ministrorum scilicet
matris ecclesie spiritus tue ut sequantur
agnum saginatum: pauperem mansuetum
et humilem per viam sanctissime crucis:
tuo celesti non ipsorum more caduco.

Sint itaque creature angelice et terre-
stres angeli in hac vita quod conficere
et ministrare habent corpus et sanguinem
unigeniti filii tui agni immaculati
ne sint sicut animalia ratione carentia ad
hec indigna: sed unius divina pietate
te auctor pacis et balnea eos in tran-
quillo mari bonitatis tue: ita quod non
expectent ultra perdendo tempus vti-
le quod iam habent pro inutili quod non habent.
Peccani domine miserere mei. Audi
domine vocem meam et exaudi miseram suam
tuam clamantem ad te patrem piissimum et
pro omnibus filiis quos tradidisti mi-
hi ut eos singulariter diligam propter
tuam caritatem imensam: summe eter-
ne et ineffabilis verus deus. Amen.

Oratio eiusdem facta Janue ad re-
monendum papam gregorium de proposito
retrocedendi terminato in concistorio
pro contrarietates accessus ad vrbem
in qua ridentur obiectibus contrariis:
et quanto quod officiales curie possint
officia gerere sine offensa dei et proximi.
ij

O Pater omnipotens eterne deus: o
inextimabilis et dulcissima ca-
ritas in te video et cordi teneo quod tu
es via veritas et vita pro quam oportet
accedere omnibus hominibus venturum ad te
quam tua ineffabilis dilectio dirigis
et format de qua notitia sapientie uni-
geniti filii tui domini nostri iesu christi. Tu
es ille eternus et incomprehensibilis deus
qui mortua humana generatione pro
sue fragilitatis miseria solo amore et
clementissima pietate motus misit
nobis ipsum verum deum et verum no-
strum iesum christum filium tuum nostra

mortali carne vestitū & voluisti q̄
nō veniret cū delectatione & p̄p̄is
hūius caduci seculi: sed cū angustia
penuria & tormentis: & ipsam tuam
sciens & faciens voluntatem pro no
stra redemptione sp̄etis mūdi per
culis & inimici obstaculis vt mortē
morte vinceret fact⁹ obediens vsq̄
ad mortem acerbissimā crucis. Nūc
quoz̄o amor incōprehensibilis tu
idē es qui mittēdo vicariū tuū ad
recuperandū filios mortuos per re
cessum ab inobedientia sancte ma
tris ecclesie vnice sponse tue mittis
eum cū angustia & periculis quē ad
modū misisti dilectū filiū tuū redē
ptorē nostrū ad liberandū ipsos fili
os mortuos a pena inobedientie &
morte peccati & fragiles hoies crea
ture tue iudicāt prauo & p̄sumptuo
so iudicio ex affectu carnis in p̄tra
riam partē vt volūtate tuā & fructū
salutis eoz̄ ab inimico recepti im
pediāt: & ipsū tuū in terris vicariū
ā tā salutifera tua legatione diuertāt
O amor eterne isti nō timēt mortē
aie s̄ corpis & iudicāt s̄m sensum &
amōrē p̄p̄iū nō s̄m verū iudicium
tuū & p̄funditatē sapiētie maiesta
tis tue. Tu positus es pro regula no
stra & porta per quā oportet nos trā
sire: & iō in laborib⁹ & angustijs gan
dere debemus sicut tu dixisti q̄ ad
hoc nati sumus & mūdus & caro no
stra miserima nō nisi amaritudis
fructus producunt ex tua admira
bili prouidētia vt de eis nō gaudē
mus nec in eis speremus: sed de fru
ctu salutis & tuis donis celestibus
gloriamur. bene itaq̄ debet gaude/

re vicarius tuus dñi sequitur vel
tunū & iustitiam iesu christi qui dis
tenuit aperuit & dissoluit sanctissi
mū corpus suū pp̄ nos & dedit su
um sanguinem vt lauaret peccata
nostra: & vt salutē nobis sua ineffabi
li pietate captaret: & ip̄i vicario tuo
dedit clauēs ligandi & soluendi ani
mas nostras vt voluntatē tuā & ei⁹
vestigia sequeretur. P̄ro quo san
ctissimā tuam clementiam sup̄pliciter
oro vt purifices eum: ita vt cor
suum ardeat sancto desiderio recu
peradi membra deperdita ita vt ea
recuperet per auxilium excelsę po
tētie tue. & si tarditas sui tibi amor
eterne displicet punias propter eaz̄
corpus meū quod tibi offero & red
do vt illud flagellis afficias & de
struas prout fuerit in volūtate tua
Peccavi domine miserere mei. Tu
deus eterne: tu es philocaptus de
factura tua cum ineffabili gratia &
clementia tua: & ideo tuum vicariū
mittis vt eam pereuntem recupe
ret de quo ego indigna & misa pec
catrix gratias ago tibi ōs̄ finita bō
nitas & inestimabilis caritas verus
deus pudeat hominem filium Ade
quē solo amore a morte tui vnigeni
ti redimisti non sequi voluntatem
tuam qui non vis nisi sanctificatio
nem nostram da deus eterne qui ex
caritate diuina homo factus es & ex
amore vnitus es nobis & mittis itaq̄
nobis vicarium tuum ad ministrā
dum nobis spir̄ituales gratias san
ctificationis nōstre & perditorum fī
liorum recuperationis vt ip̄se tan
tāmodo voluntatē tuam sequatur

nō ageſcat ꝑ filijs carnis iudicātis
ſm ſenſum ⁊ amorē ꝑꝑriū nulliſq;
aduerſitatibus terreat. Et qꝫ oīa de
ficiunt: niſi in te ſūme deus: nō reſpi
cias peccata mea q̄ clamo ad te: ſed
exaudi ſeruā tñā ꝑꝑter clementias
tue inestimabilis caritatis. Tu re
cedendo a nobis: nō dimiſiſti nos or
phanos: ſed dimiſiſti nobis vicariū
tuū qui dat nobis baptiſmū ſpiri
ſancti: ⁊ nō tm̄ ſemel ſicut baptiſmo
aque loti ſemel ſumus: ſed ſemp la
uat nos ꝑ ſanctā penitentiā: ⁊ pecca
ta noſtra aſtringit. Tu cū imprope
rijs veniſti ad nos: ⁊ nos recedendo
a te iudicamus ſm carnē: ⁊ amoreꝝ
ꝑꝑriū. Tu es pallidus qꝫ creatu
re tue ſemp vacuant gratias tuas.
Spoliando vnicam ſponſam tuam.
Fac igit̄ eterna pietas vt vicarius
tuus ſit cōmeſtor animarū ⁊ tui ho
noris ſancto deſiderio ardens: ⁊ ad
herens tibi ſolū: qꝫ tu es alta: ⁊ eter
na bonitas: abſterge ꝑ eū infirmita
tes noſtras reintegra ſponſam tuā
ſuo ſalutari ꝑſilio ⁊ opibus virtuo
ſis. Reforma ēt eterne deus vitam
iſtoꝝ ſeruoꝝ tuoꝝ: aſtantium vt ſe
quant̄ te ſolū deū in corde ſimplici:
⁊ voluntate ꝑfecta: ⁊ non reſpicias
mei miſeriā que oro ꝑ iſtis: ſed plā
ta eos in viridario voluntatis tue.
Benedico te pater eterne: vt benedi
cas hos ſamulos tuos: vt ſiāt deſpe
ctores ſui ipſius ꝑꝑ te: ⁊ ſequant̄ ſo
lam puritatē voluntatis tue que ſo
la eterna ⁊ ꝑꝑetua eſt ꝑ quibus oī
bus gratias ago tibi.

Oratio eiusdem: in abſtractione

poſt cōmunionē facta die veneris.
xviij. feb. M. ccc. lxxix. liij.

O Alta ⁊ et̄na trinitas: ⁊ amor
inestimabilis. Et ſi tu vocas
me filiā ego dico te eſſe ſūmū: ⁊ eter
num patrem. Et ſicut tu tribuis mi
hi temetipſum cōmunicando mihi
corpus ⁊ ſanguinem vnigeniti dile
cti filij tui in quo das mihi totū te
deum ⁊ hominem ſic: o amor inesti
mabilis: peto quod cōmunicēs me
corpore miſtico ſancte matris eccle
ſie: ⁊ vniuerſali corpore chriſtiāe re
ligionis. In igne enim tue caritatis
nouī quod in hoc cibo viſ animam
delectari. Tu iestimabilis amor vi
diſti: ⁊ cognouiſti me in te: ⁊ qꝫ i tuo
lumie me vidisti. Ideo ꝑhilocapt⁹
pulchritudine creature tue ex amo
re ipſam de te traxiſti: ⁊ creasti illā
ad imaginem ⁊ ſimilitudinē tu
am. Ego auteꝝ creatura non cogno
ſcebam ꝑꝑter hoc te in me: niſi in
quantum videbā imaginem ipſam
⁊ ſimilitudinē tuā in me. Sed vti
nam: ⁊ ego viderem ⁊ cognoscerem
te in me. Et ſic vt de te omnes perfe
ctā cognitionē haberemus: vel hēre
poſſemus vniſti te nobis deſcenden
do a ſūma altitudie deitatis tue: vſ
qꝫ ad vltimū lutū humanitatis nre
qꝫ enīz ibecillitas intellectus mei nō
poterat comprehendere: imo nec in
tueri altitudinē tuā. Ideo vt par
uitate mea capere poſſem ipſam tu
am altitudinē paruulū te feciſti
includendo magnitudinē deitatis
tue i paruitate noſtre humanitatis
⁊ ſic maniſeſtaſti te nobis in verbo

Vnigeniti tui: sicut ergo cognoui te
in me: o abyssus caritatis. In hoc igitur
tur verbo: o alta et eterna trinitas in
estimabilis amor: manifestasti te: et
veritatem tuam nobis maxime in
effusione sanguinis sui: quia tunc vidi
mus potentiam tuam: quia potuisti nos
in ipso sanguine lauare a culpa nostra:
et cognouimus est sapientiam tuam: quia
esca humanitatis nostre qua operui-
sti hamus tue diuinitatis cepisti de
monium: auferendo ab eo omnium quod
habebat supra nos. Iste sanguis om-
nit nobis est caritatem: quia ex solo igne
amoris nos taliter redimisti cum non
idigeas nobis: et sic patefacta est no-
bis veritas tua: quia vix creasti nos: ut
nobis vitam eternam largireris. Ista
quod per veritatem nouit creatura tua.
Propter ipsum verbum vnigenitum tuum:
an enim non poterat videri veritatem
istam quia caligauerat oculus eius
obfuscatus velamine culpe. Erube-
sce: erubescere creatura ad deo tuo: et
taliter exaltata ac honorata non
nosse deum inestimabili amore carita-
tis sue descendisse ab altitudine dei-
tatis: usque ad infimum lutum huma-
nitatis tue: ut cognosceres eum in te.
Peccavi domine miserere mei. o quam am-
rabile est quod cum cognosceres crea-
turam tuam. In te: an quam esset: et preui-
deres ipsam operaturam iniquitatem: et
veritatem tuam minime. Secuturam ni-
hilominus creasti ipsam. O amor in-
estimabilis. Et cui dicis tu: o anima
mea dico tibi: o pater eterne: Sup-
plico clementissime pater quatenus
coices nos: et omnes suos tuos igne ca-
ritatis tue. Et disponere omnes ad re-

cipiendum orationes et doctrinam
que ex tuo lumine et caritate fundun-
tur: aut fundi debent. Veritas tua
dixit querite: et inuenietis. Petite
et accipietis: pulsate et aperietur vo-
bis. Ego miserrima pulso ad hostium
veritatis tue. Clamo in prospectu ma-
iestatis tue: et peto ad aures tue cle-
mentie misericordiam pro mundo:
et singulariter pro sancta ecclesia: quia pro
doctrinam verbi cognoui: quia continue
pascar de hoc cibo. Et postquam sic
placet tibi non finas me fame perire.
O anima mea quid facis: an igno-
ras te peritus videri a domino deo?
Scias te nunquam posse ab oculo
eius abscondi tui nihil occultum est
bene potes aliquando abscondi ab oculo
creature: nunquam autem a suo. Proinde
ergo sine et terminum iniquitatibus
tuis: et excita te metipsam. Pecca-
ui domine miserere mei: tempus est iam
a somno surge. Tu trinitas eterna
vis quod excitentur creaturam tue. Et
si non surgimus in prosperitate mit-
tis aduersitatem: et ut perfectus medi-
cus cum igne tribulationum incen-
dis vulnera quando non iuuat: nec
prodest unctio consolationis et pro-
spitatis. O pater eterne. O caritas
increate. Ego sum plena admiratio-
ne: quia cognoui in lumine tuo quia tu
vidisti et cognouisti me: et quascumque
rationabiles creaturas generaliter
ac particulariter priusquam nobis esse
dedisses: et similiter vidisti primum
hominem Adam. Nosti etiam cul-
pam secuturam in obedientie sue in co-
pticulari: et in alijs generalis que erant se-
cuturi per eum. Et cognouisti: quia culpa

impediēbat veritatem tuā: imo im-
pediebat creaturas rōnales: vt nō
adimpleretur in eis. In non puenien-
do ad finē ad quem eas creaueras.
Quidisti et ī te penā secuturā verbo
filio tuo: vt restitueret humanū ge-
nus gratie: et veritas tua compleret
in nobis. In que lumie noui q̄ oīa
puenidisti. Quō ergo pater eterne
creasti: hāc creaturā. Ego de hoc stu-
pefacta sum valde vere video: qz in-
dicas mihi qd̄ ex nulla alia cā: hoc
fecisti nisi: q̄ cū lumie tuo vidisti
te cogi ab igne caritatis tue ad cre-
andū nos nō obstantibus iniquita-
tibus quas cōmissuri eramus p̄tra-
te eternū patrē. Ignis ergo carita-
tis te coegit. O amor eterne licet in
lumie tuo videres oēs iniquitates
quas factura erat creatura tua con-
tra te bonitatē infinitā tū firisti te
nō videre: s; solūmodo firisti: et fir-
masti. zelū tuū in pulchritudinem
creature de qua velud infatnatus et
ebrius philocapt⁹ es: et ex amore ip-
saz ex te traxisti dādo ei esse ad ima-
ginē et simi itudinē tuā. O veritas
eterna tu declarasti mihi idigne ser-
ue tue veritatē tuā: q̄ v; amor coe-
git te ad creādū ipsam: quāuis vide-
res: q̄ offensura erat te noluit cari-
tas tua qd̄ figeres oculū ī hac visio-
ne: imo auertisti oculos tuos ab ip-
sa offensa: et firisti solūmō in puleri-
tudine creature si enī p̄ncipalem vi-
sionē posuisses in futuraz offensam
oblitus fuisses amoris quem hēbas
ad creādū hōiem. Non enim hoc fu-
it absconsam tibi: sed firmasti te in
amore: quia nil aliud es quaz ignis

amoris. Et ego ex defectibus meis
nūquā te cognoui. Sed concede ex
grā amor dulcissime q̄ fluat s; ignis
de corpore meo p̄ honore nominis
tui: nec vltorius manēā induta me.
Recipe et eterne pater hūc qui me
cōmunicauit. Erue eū se: et ab ipso/
met solue eū et vesti eū eterna volū-
tate tua ac ipm in te liga eū insolu-
bili nern: vt sit odorifera planta in
viridario sancte ecclesie largire que
so clemētissime pater dulce benedi-
ctionē tuā: et ī sanguine filij tui ab-
lue facies aīaz nrarum. O amor: o
amor ego peto q̄ des mihi mortē.

O ratio eiusdem facta in die san-
cti Thome apostoli. v.

O Eitas deitas eterna deitas
verus amor qui p̄ vnionem
humanitatis verbi tui dñi nostri ie-
su christi cū oīpotētī deitate tua de-
disti nobis depditis lumen sanctissi-
me fidei q̄ est pupilla oculi intelli-
gentie nostre qua videmus: et nosci-
mus vep̄ obiectuz aīe tuā videlicet
inestimabilē deitatē: et fecisti ipm fi-
lium tuū dñm nostrū sacrificiū tibi
imaculatum p̄ nobis ponens eū la-
pidem angulārē: et colūnā firmissi-
mā stabilitatis sancte matris eccle-
sie vnice sponse tue quāq; ab olīm dī
sposuisti renouare ipsam ecclesiā no-
uis et fructuosiorib⁹ plantis ex tūc
nullus potuit infringere tuam san-
ctissimam voluntatem que eterna
et incōmutabilis ē. Ne respicias pec-
cata nostra quibus indignā me re-
cognoſco orare ad te: ipsaz peccato

nostra tua clemētissima pietate ab/
sterge hodie p virtutē huius sancti
apostoli Thome et purifica aīas me
as amor meus: sūme deus: et exaudi
seruā tuā clamantē ad te: et qz ignis
ptinno vrens es nūquā tñ tibi gra/
ta psumēs licet psumas semp quic/
quid h3 aīa extra te. Ure igne spiri/
tus tui et psume ac eradica fundit9
oīm amorē: et affectū carnis de coz/
dibus nouellaz plantaz quas inse/
rere dignat9 es corpori mīstico eius/
dem sancte matris ecclesie. Trāffer
eas de mūdānis affectibus in viri/
dantū affectus tui: et da eis coz nouū
cū vera notitia voluntatis tue: vt
isti des: rectores mūdi: et sui ipsius ac
ppriū amoris effecti. Imbutiqz vō
feruore amoris tui ac facti fidei ze/
latores: et virtutū pp te relictis sal/
lacibus cupiditatibus: et pōpis hu/
ina caduci seculi sequantē te solūmō
pp te: cū puritate mūdissima et fer/
uida caritate. Itaqz director nre
salutis. Sponsus hic nonus eiusde/
ecclesie: tuo semper dirrigat p silio.
Mundos et puros: tñ pmoueat re/
ceptet: et audiat et alie plante tue nō
uissime sicut angeli tibi assistāt ī ce/
lis ita assistāt dño nro vicario tuo ī
terris in reformationē eiusde. San/
cte matris ecclesie fm coz tuū in coz/
de simplici: et actione pfecta ac repu/
tent se putant īsertos nouiter coz/
pori dñi nostri iesu christi a quo sup/
fluos: et infructuosos quosdā ramos
tua admirabili prudentia: et absqz
misterio hoīs abscidisti. Et enī ipso
iesu iam nascēte et pficiente virtuti/
bus: et etate nati: et ipi eidē ecclesie

similiter proficiant exemplis: et mo/
ribus virtuosis: vt sicut noua inser/
ta flores magis odoriferos et fruct9
ameniores naturali a te tradita vi/
spositione producant: ita etiam rese/
catis motibus omnis carnalis affe/
ct9 tuo celesti dono quo sanctos apo/
stolos rore sancti spiritus perfudisti
inserantur eis nouelle virtutes red/
dentes tibi suauitatem odoris: et ip/
si sancte ecclesie reddant amenitatē
virtuosorum actuum: et operis fru/
ctuosi: vt sit reformata ī eis tua spō/
sa. O amor eterne purifica hunc vi/
carium in se: vt inndens exempluz
puritatis et innocentie alijs tribuat
in tue conspectu gratie deseruiat po/
pulum sibi subiectum instituat hac
etiam infideles attrahat celestibus
disciplinis: et fructus eterne salutis
offerat tue incomprehensibili ma/
iestati: p quibus omnibus vt exau/
dire digneris: ego miserabilis grati/
as ago tibi: summa bonitas verus
deus.

Oratio eiusde facta in die cathe/
dre sancti Petri apostoli. vi.

Ad te o superne medice et amor
inestimabilis anime mee ves/
hemēter suspiro ad te trinitas eter/
na: et infinita: ego finita proclamo ī
corpore mīstico sancte ecclesie: vt de/
leas omnem maculam: anime mee
per gratiam: et non tardes vltius
Sed per merita huius conductoris
nauicule tue. s. sancti Petri. Cum
igne caritatis: et profunditate abis/
sus eterne sapientie expectanti au/
xilia tue sponse succurre. Et ne despi

etiam desideria seruoꝝ tuorꝝ: sed iam
conducas nanculam ipsaꝝ actorꝝ pa-
cis: et ad te ordies seruos tuos: vt re-
solutis tenebris appareat auroꝝ lu-
cis plantatoꝝ in ecclesia tua ex desi-
derio puro salutis animarꝝ. Bene-
dictꝝ ligamen quod benignissime
pater nobis tribuisti quo possimus
manus iustitie tue ligare: videlicet
orationem humilem: et fidelem cum
ignito desiderio seruoꝝ tuorum
quibus mediantibus promittis mi-
sereri mundo. Reoratioꝝ tibi alta: et
eterna veritas quia promittis cito da-
re refrigerium sponse tue: et ego no-
niter intrabo viridarium eius: et na-
quam egrediar quousqꝝ implicas pro-
missa tua que nunquam fuerunt: nisi
si vera: dele itaqꝝ peccata nostra ho-
die vere deus: et laua facies anima-
rum nostrarum sanguine vnigeniti
filij tui disperso pro nobis: vt sic cla-
ro vultu: et integris: et animis red-
das ei passionis vices: mortui no-
bis viuendo sibi. Exaudi etiam nos
orantes pro custode huius tue cathe-
dre cuius festu colimus vicario tuo
vt facias eum qualem tui successore
huius vetuelli petri vis esse: et des
ei modos necessarios ecclesie tue. con-
fiteor te promississe cito completuru
desideria mea igitur confidentius
oro ne tardes vltimus deus meus
promissa complere. Et vos dulcissi-
mi filij cum nunc sumus ad manus
tempus est laborandi pro ecclesia chri-
sti vera matre fidei nostre propterea
hortor: vt vos iam plantati in ipsa
ecclesia sitis velut colonne ipsius: et
comuniter omnes cum seruoꝝ oꝝa-

tionis et opere actionis pulsis amo-
re proprio: et omni pigritia labore-
mus in hoc viridario saluifice fidei
vt perficiamus voluntate dei eter-
ni qui nos vocauit ad hoc pro nostra
et aliorum salute: et pro vnitate ipsi-
ecclesie in qua salus est animarum
nostrarum.

Oratio eiusdem facta die domi-
nico. xx. febr. M. ccc. lxxviii. vij.

Rateo: eterne deus fateor eter-
ne deus alta et eterna trinitas
quod tu vides et cognoscis me: et hoc in
lumine tuo vidi: confiteor eterne de-
us: et video quod vides necessitate dul-
cissime sponse tue et bonam voluntate
tem vicarij tui: quid est ergo quod
impedit quod non prosequatur eum pro
effectum bonorum operum: in lumi-
ne tuo vidi quod habet noscitur: quod nil abscon-
ditum est oculo tuo: in eodem lumi-
ne video quod in te preuidisti remedi-
um quod postmodum dedisti filio
tuo mortuo. scilicet humano generi quod
remedium fuit verbum vnigeniti
tuum: preuidisti etiam pro eodem
mortuo filio tuo aliud remedium.
Scilicet reseruare cicatrices in cor-
pore ipsius verbi: vt continue clama-
rent pro nobis misericordiam coram ma-
iestate tua: in lumine tuo vidi quod
ex igne caritatis reseruasti eas in cor-
pore suo: et non sunt impeditae: ipse nec
color sanguinis pro corpore gloria
tum: nec ipse corpus glorificatum impe-
diunt: In temetipso igitur preuidisti re-
medium opportunu: vt reseruare ci-
catrices in corpore: et sic principale

remedium preuidisti reconciliatio / nis creature tibi creatori per ver / bum similiter: et hoc vidisti. In tuo lumine vidi: et noui quod preuidisti: hec omnia quia cum ipso: et in ipso video: et absque illo est ambulare in tenebris. O dulcis amor tu vidisti in te neces / sitate sancte matris ecclesie: et reme / dium quod indiget: et ipsum remedi / um tribuisti: ut orationem seruorum tuorum de quibusuis quod fiat mu / rus cui apodictur murus ipsius ec / clesie sponse tue quibus clementia tua spiritus sancti ministrat ignita desideria reformationis eiusdem. Si militer video quod preuidisti peruer / sam legem meam: et cuiuscumque rati / onalis creature que lex semper est apta obuiare: et rebellare voluntati tue: et vidisti quod ipsam secuturi eramus: vere video quod nosti fragilitatem: huius nature nostre humane quam scilicet debilis est: quod fragilis: quod etiam misera. Et ideo tu sumus p / ronsor in omnibus prouidisti tu sumus remediator qui in omnibus curam remediasti dedisti nobis arces: et fortitudinem voluntatis: sociando eam cum hac debilitate carnis que voluntas tua fortis est: ut nec demonibus: neque alia aliqua creatura preua / leat aduersus eam: nisi per liberum arbitrium in cuius manibus posita est: hec voluntas assentiat. O eterna bonitas. Et unde tanta fortitudo in voluntate creature tue nisi a te. Summa et insuperabili fortitudine: Unde video quod participat de forti / tudine voluntatis tue: quia ex vol / untate tua ipsam dedisti nobis. Qua

re videmus quod tunc est vere fortis vo / luntas hominis dum sequitur volun / tatem tuam debilis autem quando discedit ab ipsa: quod ut dictum est de tua voluntate creasti: ideo in tua ma / nens est fortis: hec omnia in lumine tuo noui in voluntate nostra. Et sic eter / ne pater indicas et demonstras forti / tudinem voluntatis tue. Si enim in paruulo membro tanta est fortitudo quantam estimabimus esse tuam qui creator et gubernator es omnium: Unde video in lumine tuo. Videlicet quod ista voluntas tua: quam dedisti nobis liberam positam in manu liberi arbitrii. Videtur quod roboratur a lumine fidei: quod cum ipso lumine noscit homo in lumine tuo eternam volun / tatem tuam quam videt non velle nisi sanctificationem nostram: ita quod lumen facit crescere et roborare vol / untatem que nutrita a lumine sanctis / sime fidei viuificat opera hominum unde patet quod nec voluntas vera: ne que vana fides potest esse absque opere: hoc lumen alit et auget lumen in anima: quia non potest gustare ignem caritatis tue nisi lumen ostendat ei dilectionem tuam erga nos. Tu ergo lumen es materia ignis quia nutris et facis crescere ipsum in anima: ut ligna augmentant: et faciunt cresce re ignem materiales. Tu lumen au ges caritatem in anima: quia osten dis ei diuinam bonitatem: et ipsa caritas nutrit te in ipsa: quia optat cognoscere deum suum: et tu vis satisfacere ei. O pronsor optime tu noluisse quod homo iret in tenebris: nec maneret in guerra. Et ideo

pnidisti ei de lumine fidei qd pate/
facit iter: et tribuit samā pacē. non fi
nit aīaz perire fame: nec manere nu
dā: aut esse pauperē: qz pascit eā de
cibo gratie: et faciēdo gustare sibi in
affectu caritatis tue: cibū aīaz idu
it ipsam veste nuptiali. scilicet caritatis et
eterna voluntate tua: et tribuit ei vi
uitias eternas. Peccavi dñe mise
rere me: qz pō tenebras puerse le
gis mee quā suz semp secuta caliga
uit oculus intellectus mei. Ideo
non cognoui te lumen vey tñ pla
cuit igni caritatis tue illuminare me
tuo lumine vero. In lumine tuo ostē
disti mihi qd pñidisti culpā: quam p
petraturus erat homo: et remedium
culpe. i. redemptionem quā postmo
dum fecisti p verbum: et qd pñidisti
fragilitatē hoīs: et remediū cōtra ip
sam. scilicet excellentiam voluntatis date
nobis a te sūma altitudie. S3 quid
est qd ducit et alit eam: lumen sanctif
sime fidei. hoc lumen est principuz
